This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



600007962U

1834.738.

ՅՈՎՀԱՆՆՈՒ ԻՄԱՍՏԱՍԻՐՈՒ

ՄԱՏԵՆԱԳՐՈՒԹԻՒՆՔ

D. JOHANNIS OZNIENSIS

Opera

BIBLIOTHECA·BODLEIANA·

ՏՆԱՒՆ
ՅՈՎՀԱՆՆՈՒ
ԻՄԱՍՏԱՍԻՐԻ

ԱՒԱՆԵՑԻՒՈՑ

ՄԱՏԵՆԱԳՐՈՒԹԻՒՆՔ

ԹԱՐԳՄԱՆԵԱԼ Ի ԼԱՑԻՆ ԲԱՐԲԱՌ

ԵՐԿԱՍԻՐՈՒԹԵԱՄԲ
ՏՆ· Հ· ՄԿՐՏՉԻ ՎԱՐԴԱՊԵՏԻ ԱՒԳԵՐԵԱՆ
ԱԹՈՌԱԿԱԼԻ ՈՒԽՑԻ ՄԽԻԹԱՐԵԱՆՑ

Ի ՎԱՆՆԱՅԻ
Ի ՏՊԱՐԱՆԻ ՍՐԲՈՑՆ ՂԱԶԱՐՈՍ

ՑԱՄՍ 1834 ՌՄՁԳ

BIBLIOTHECA·BODLEIANA

DOMINI

JOHANNIS PHILOSOPHI

OZNIENSIS

ARMENIORUM CATHOLICI

OPERA

PER

R. P. Johannem Bapt. Aucher

VIC. GEN. AC DOCT. CONGREG. MECHIT.

EX ARMENIO LATINE REDDITA

VENETIIS

Typis PP. Mechitaristarum

IN INSULA S. LAZARI

MDCCCXXXIV.

BIBLIOTHECA · BODLEIANA

PRAEFATIO INTERPRETIS

JOHANNIS Philosophi Ozniensis Armeniorum Catholici [1] Opera Latinis sacrae eruditionis amatoribus exhibiturus, muneris omnino mei esse arbitror, ut de Auctore ejusque Operibus pauca praemittam. Ortum duxit Johannes noster ex piis nobilibusque parentibus ann. circiter 668. in Tascir, quae majoris Armeniae est provincia, in oppido *Ozun*, unde *Ozniensis* cognomentum accepit. Sacris profanisque disciplinis fuit imbutus ab illustri praeclaroque viro Theodoro Chertenio (h. e. cilicium intus induente), quem in scriptis suis ipse laudibus effert; adeoque philosophicarum rerum scientiâ pollebat, ut unus inter omnes Armeniorum Catholicos *Philosophi* nuncupationem promeruerit. Ad Patriarchalem Armeniae cathedram anno 718. evectus, illico haereticos omnes

1 *Catholicus* tamquam proprio nomine nuncupatur penes Armenios summus totius Armeniae Patriarcha; teste eruditissimo Guil. Tyrio, qui lib. 15. *de bello sacro*, cap. 18. scribit: « Maximus Armeniorum Pontifex, » immo omnium Episcoporum » Cappadociae, Mediae, et Persidis, et utriusque Armeniae princeps *Catholicus* dicitur. » Eodem sensu *Patriarcha Generalis* aliquando a Latinis vocitatur.

in regionibus sibi commissis diversantes verbo et calamo profligare coepit; ut gregem suum in sanâ orthodoxâque doctrinâ confirmaret. Virtutibus sanctâque vitâ adeo effulsit, ut vivens non suis tantum, sed et Infidelibus ipsis admirationi esset, Ejus sane doctrinam illibatam collaudant fulgidissima illa totius Armeniae luminaria Gregorius Vegajasèr seu Martyrophilus, Nerses Clajensis, Gregorius Dghà, ac Nerses Lambronensis, quorum testimonia longum esset hoc loci referre.

Ex iis autem, quae scripsit, nobis ea dumtaxat, quae in hoc volumine edituri sumus, supersunt: Oratio scilicet Synodalis, Sermo contra Paulicianos, Oratio contra Phantasticos, et Commentaria quaedam in Horas Canonicas una cum memoriâ Libri Canonum. Haec proculdubio habent auctorem Johannem Philosophum: in cunctis siquidem Mss. *Johannis Philosophi*, aut *Johannis Ozniensis Armeniorum Catholici*, aut *Johannis Philosophi Ozniensis* nuncupationem praeseferunt. Sunt praeterea duo quoque Sermones; alter elucidans ritum Consecrationis Ecclesiae, Panegyricus alter de Ecclesiâ nuncupatus; qui etsi in Mss. titulo careant, ob stylum tamen plenissimamque consonantiam cum caeteris ejus scriptis omnino sunt eidem Johanni nostro adscribendi. De hisce omnibus Ozniensis operibus singillatim aliquid vel breviter nos dicere oportet.

Orationem Synodalem habuit Johannes anno 719. in nationali Episcoporum conventu, quem in urbe Tvin, ubi Catholicus tunc temporis degebat, ipse-

met ad Ecclesiae disciplinam instaurandam congregavit. Istud in eâ praecipue notandum est, quod unus inter cunctos Armeniacae Ecclesiae Patres de extremae unctionis Sacramento sermonem expresse habet; invictissimum sane contra heterodoxos argumentum, qui hac de causâ dumtaxat, ut nobis videtur, nunquam eximia Ozniensis opera typis demandarunt. Contra quosdam praeterea, orthodoxos quidem, at nostrorum rituum inscientes Theologos in hac Oratione loquitur Johannes etiam de Unctione cum oleo Catechumenorum in Baptismo adhibendâ. Canones tandem in eâ Synodo prolati, illico post Orationem subduntur. Codicem vero unicum, quem penes nos habemus, ab invidâ aut infideli manu fuisse mutilatum ex eo patet, quod pagina ibi deest ubi additionem in Trisagio *qui crucifixus est pro nobis* defendit Auctor, validis proculdubio in medium adductis rationum momentis, ut ex praemisso argumentorum indice, nec non ex relativis Can. 19. et 20. colligere est. Duo super triginta sunt hujus Concilii Canones, quorum ultimus viam quodammodo parat ad subsequentem contra Paulicianos Sermonem.

In hoc Sermone praeterquam quod execrabiles haereticos Paulicianos jugulat Philosophus noster, novam quoque Occidentalibus praebet de haereticis notitiam: longe enim hi distant ab iis, quos ex historiâ novimus, Paulicianis. Praecipua namque istorum dogmata haec erant: Solem adorare; ex Unigeniti cujusdam pueruli sanguine farinae triticeae

commisto sacrum quemdam cibum, veluti Eucharistiae umbram, conficere; Sectae suae caput eum eligere, super cujus brachia expiraverit puer ille unigenitus, eis circulo insistentibus, hinc inde projectus; et alia hujuscemodi plurima, quae animus horret meminisse. Sermonem hunc atque praecedentem Orationem Synodalem anno transacto publici juris fecimus; ut Eminentissimo ac Reverendissimo Domino Jacobo Cardinali Monico Venetiarum Patriarchae sacram Purpuram solemniter suscipienti exiguum quoddam devotionis nostrae pignus exhiberemus.

Tertium porro Philosophi Ozniensis opus est invictissima quaedam contra Phantasticos Oratio, in qua universos de Verbi divini Incarnatione haeretice loquentes prosternere conatur, contra eosdem dimicans undequaque. Dogma praesertim de duabus in Christo naturis validissimis argumentis defendit; adeo ut ad cognoscendam orthodoxam Auctoris fidem satis sit hanc Orationem vel leviter percurrere. Eam anno 1816. latine redditam typis mandavimus notis ubique adjectis, ut doctrinam hujusce Patris cum sanctorum Graecae ac Latinae Ecclesiae Patrum doctrinâ ad amussim convenire ostenderemus. Verum adnotationes illas in hac editione vix necessarias arbitrati sumus.

Hisce expositis, istud non est praetermittendum de Codice, qui tria recensita Ozniensis opuscula continet; quod ejus dimidium, Oratio scilicet Synodalis ac Sermo adversus Paulicianos, penes nos in

Bibliothecâ nostrâ asservatur; reliquum autem, Oratio nempe contra Phantasticos, Parisiis extat in Regali Bibliothecâ. Unum dumtaxat Codicem aliquando fuisse ex duabus hisce partibus constantem, ex nostrâ nempe et Parisiensi, ne in dubium quidem revocari potest. Idem namque est in utrâque bombycinae chartae color subobscurus; ipsissimus est linearum cujuscumque paginae numerus: eadem omnino est characterum forma ab unâ eâdemque manu prolatorum; si figuram utriusque conferas, eamdem et quoad foliorum longitudinem, et quoad latitudinem invenies; quid amplius? noster Codex initium esse libri palam ostendit; Parisiensis incipit: «Ի սկզբան Յովհաննու իմաստասիրի կաթողիկոսի Հայոց Ա[illegible]գոյ» h. e. *Ejusdem Johannis Philosophi, Armeniorum Catholici, Ozniensis;* qui incipiendi modus ala quaedam opuscula proculdubio praemittenda fuisse demonstrat, haud enim diceretur *ejusdem*, nisi alia quaedam ipsius Auctoris opera praecessissent. Parisiensi Codice iterum atque iterum fideliter exscripto Bibliothecam nostram ultimis hisce temporibus exornavimus.

Aliud Ozniensis opus est Commentarium in Horas Canonicas hoc ordine dispositum. Prius loquitur de officio Matutino, ac de Oratione, quae ad solis ortum fit; procedit deinde sermonem instituens de Tertiâ, Sextâ, et Nonâ: de die Dominicâ, quae *Prima-Sabbati* nuncupatur, postea disserit.

Praeterea fragmenta quaedam ex aliis sacrorum Armeniacae Ecclesiae rituum interpretibus; quippe

quae Johannis nostri nomen praeseferunt, huc illuc reperta addidimus, ne quid ex indubiis Ozniensis operibus publicâ luce privaretur. Pro coronide tandem duos superius commemoratos de Ecclesiâ sermones amatoribus Sacrae eruditionis exhibitos voluimus.

Verum ad recensita opera interpretanda gradum faciamus.

ՅՈՎՀԱՆՆՈՒ ԻՄԱՍՏԱՍԻՐՒ

ՕԶՆԵՑՒՈՅ

ԱՍՏՎԱԾԱՆՈՒԹԻՒՆ

JOHANNIS PHILOSOPHI

OZNIENSIS

ORATIO SYNODALIS

ՅԱՆԱ ԴՐՈՒՅՑ

Ա. Պատճառելի վասն իւր ըստ առաքինութեան կենցաղին առաւելութեանցն գիանգիտանալոյն և աճապարութեան. և յաղագս այ առ նա խնամակալութեանն, և առաքսապարգեա ուղխոյ վերակացուին Հոգւոյն սուրբ. և ընդ այլ ուրուք ցնորս պատրաստեաց այծ նմա այնպիսի պիտապատանիք ժուռանալ ի յարութեանն։ Այսինքն վկայեալ հաւանեցաւ ապա այնոքիւք զալ վինդն ի նորգ դահանայութեանն և առաքնորդութեան։ Այսինքն սրպէս ձանաչեաց հոլովութեան պանապանա գործեցաւ, փեղկիկ պատահմանոյն պատուհանութեանն. յառաքնութեան առաջինութեանն ելիցուն, և յերկրորդութեան պատուոյն առաքսութեան։ Օ՜ նոր յորդորեան բան առ այս առաջինութեանն. և երկ անդ ցնորսն վերակացուին հնարքը վնասանութեան ձեռ չարչարանացն, և վարդապետութեանն արարչագործ փեսչութեանն։

Բ. Ի՞նչ-ապահանութեանն վնոցանէ, որ այլոյն-ապահ և ոչ գիով օրինաւոր կապարքին պիտանութ և պէրծեալ և պիտրեալ պատրաստ։

Գ. Ով պահպանն փերսանութեան և պատապանն լուսաւորութեանն դարձուցն և ոչ գիայրիցէն պարտ է հապատարել. և ով հակառակել, և պատրաստն արարքեալ այսպիսի ինչ յօրինակ առնուլ. որ մանաւանդ ոչ ինքն, այլ նորընծայ ժամանակին պատշաճութեանն պատ գործել։

Գ. Այսու իւրոյն սրբոյ ինչ յերկիս բանիւք, և պատանապետ կապարն նոցա առ գիրանս փորձառութեանն։

Դ. Ով պահուիկ՝ որ հիրսինն՝ նախ յերկնայութեանն կարգ պարտ է աճել, և ապա հիրսել։

Ը. Այսու հանդերձ բազում ցաւոմամբ ի վերայ դահանայից, որ ի պղծութեանէ խորհրդոյ պիղծոյ և ընդ-

ARGUMENTA *.

I. *Descriptio amoris ejus erga literas, ejusque in Deum charitatis, atque divinae in eum providentiae. Item, per quem Deus tantâ sobrietate ei praeparaverit amoris erga literas alimentum. Item, quomodo per illas postea propensionem habuerit, ut se ad Sacerdotii ac Praelaturae ordinem daret. Item, quo pacto temporis vicissitudo varios operata fuerit et pulcherrimos magnique momenti eventus, virtutis antea magnitudinem, ac deinde honoris abundantiam. Posthaec, hortatoria ad hanc virtutem verba; et exinde fieri posse, ut dominicarum passionum imitatio, atque creatricis providentiae doctrina assequatur.*

II. *Conquestio de iis, qui diversimode, non autem uno eodemque modo, disciplinas et ritus statasque ministrationes peragunt.*

III. *Dominicum Altare et illuminationis Fontem de lapide, non autem de ligno, condere oportet: non esse disceptandum, nec aliquod a priscis peractum sumere decet ad exemplum, quod involuntarie potius agebatur, inchoatique illius temporis opportunitas poscebat.*

IV. *De sacro Oleo, quod trifariam distinguitur, atque diversimode uniuscujusque ministratio perficitur.*

V. *Qui baptizandi sunt, prius ad catechismos vocentur, posteaque baptismo abluantur.*

VI. *Jussum comminationibus prolatum in Sacerdotes, qui ob suam socordiam sponsum spon-*

* Hoc pacto, hocque ordine uniuscuisque capitis in Codice praemissa reperiuntur totius Orationis synodalis argumenta.

հարան ոչ փանին չեչիզչիլ , և ոչ ինչեանչ պատ-
չին , այլ չի-բաչանչի-ը դրուանա և ընդ չիուն աշ
խարհաչհանաց պայա առանչն :

Ա. Յաղագս երիտրտակնաց՝ ինչ չայսիանալա և մի
գաղտաբար պատիժն :

Բ. Ովք չայսիանալին օր արժան է հատարել պիտի
օրհնուինչ , չեչի արհանելով ի նա ատելոլ , և
աւետարան ընդունուլ . և չուիօրէչայն նորին
պճնուիլ աւետարանաւ և պատիժայն և պիտի-
պուինչ հաւատարմալա ընդունուլ :

Գ. Ովք պարտ է ի մէ չառատանիերորդա պահոն պատա-
րագ մատուցանել շաբաթու և հինգշաբթի : Յո-
րում և պիտորդք հիւանդանոան չայսինչ գո-
նաանանալան բանիս :

Դ. Ովք արժան է հինգշաբթի առաւօտ չայգապաղաժն
առնել :

Ե. Ովք պիտի խորհուրդ ունենչ շաբաթու օր և որպիսի
հարգաւ պարտ է պատուել պիտ :

Զ. Ընդդիմամաքանութիւն առ այնոսիկ , որ արգելուն չօրհ-
նելոյ պիտոյս և չօճանելոյ ի-ղուղի որ հուչ հիւ-
անդի :

Է. Կնոջ պիտուր ամէն չիրդ հիսն առապետ է և ոչ
հա ի չայր և ի չոգի-չյաղագս որոյ հպատուչիսն
պիտի բերել արժան է պիտի հոյ հոյ առաւելեան :
Յորում և ինչ ընդդէմ չառաւօտին և չերեկոյին
պաղատանա ի պիտի անդուդանին պիտուր ամէն
նոյ չորում առաւօտ պատարագ մատչի , ի սիրանին
նուաճելն :

Ը. Ովք պիտի խորհուրդ ունենչ առաւօտին պաղատա-
նանին առաջոսին և աղօթիւ և հարգատրութիւն
նոցին :

Թ. Ովք պիտի խորհուրդ և չերեկոյին պաղատանանին
գտանիչ ի առջոսա և ի նչուրդա և չաղօթս և
ի նոցին հարգատրութիւն :

Ժ. Յաղագս բովանդակութիւն առաջելոյ ճառիցս առա-
ջեալ բանս ինչ առնառուտ :

samque ad Ecclesiam minime perducunt, neque ipsimet coronâ praecinguntur; sed in cujusvis domo, et per saecularium manus peragunt.

VII. *De bigamis: ut palam, minime vero in abscondito, matrimonio jungantur.*

VIII. *In die Epiphaniae facienda est aquae benedictio, oleum in eam infundendo, psallendo, atque Evangelium legendo; in octavâ autem indiscriminatim Evangelia Nativitatis, Annuntiationis et Baptismi legenda.*

IX. *In sacrâ jejuniorum Quadragesimâ Missa celebranda est in Sabbatis et Dominicis diebus. Ibidem et primae Sabbati mysterium laudationis verbis explanatur.*

X. *Decet, Dominico die nocturnum Officium agere.*

XI. *Quid sit mysterium Sabbati, et quo ordine oporteat eum colere.*

XII. *Reprehensio in eos, qui Crucem benedicere, easque oleo, quod* Myron *vocatur, linire vetant.*

XIII. Sanctus Deus *ad Filium solummodo cantatur, non autem ad Patrem quoque et ad Spiritum; ideoque effatum illud:* Qui crucifixus es, *decet post quemlibet versiculum addere. Ibidem etiam, quare in matutinis vespertinisque Officiis* Sanctus Deus *prope finem transferatur; quum autem per diem Missa celebratur, sub initio concinnetur.*

XIV. *Quodnam praeseferant mysterium matutina Officia, et Psalmi, et orationes, eorumque dispositio.*

XV. *Quod mysterium etiam in vespertino Officio reperiatur, in Psalmis, et in Antiphonis, et in orationibus, et in eorum dispositione.*

XVI. *Quaedam verba pro epilogo earum, quae dicta fuere, breviter prolata.*

Յիսուս. Երբ դուք աղօթք ընէք, մի՛ ըլլաք ինչպէս կեղծաւորները, որոնք կը սիրեն աղօթել ժողովարանները եւ հրապարակներուն անկիւնները՝ որպէսզի մարդոց երեւնան. ճշմարիտ կը յայտնեմ ձեզի, որ իրենց վարձքը առին։

Յիսուս. Իսկ դուն երբ աղօթես, մտի՛ քու սենեակդ եւ դուռդ գոցելով՝ աղօթէ քու Հօրդ, որ ծածուկին մէջ է. եւ քու Հայրդ, որ ծածուկը կը տեսնէ, հատուցում պիտի տայ քեզի։

XVII. *Seruonis repetitio, quam habet ad omnes congregatos Episcopos nostrae Armeniorum regionis, ut per Canonum capita perstringantur habiti sermonis verba.*

XVIII. *Ipsimet Canones, quos unanimiter statuerunt* (Episcopi), *triginta duobus capitibus comprehensi.*

ՅՈՎՀԱՆԻՍԻ ՓԻԼՈՍՈՓԱՅԻ

ՀԱՃՈՑ ԿԱԹՈՂԻԿՈՍԻ

ՑԱՌԱՋԻՆ ԿԵՆՑԱՂՆ ԻՒՐ ԵՒ Ի ԳԱԼՆ ՑԱԹՈՒ
ՀԱՑՐԱՊԵՏՈՒԹԵԱՆ
ԵՒ ՀԱՍՑԱՑԵԼ ԹԱՋՄԱՊԱՏՈՒԿ ԵՒ ՋԱՆԱՋԱՆ ԿԱՐԳՍ
ԵՒ ԿՐՕՆՍ ԵԿԵՂԵՑԻՈՑ

Ա. ՊԱՏԵՐՈՂԱՑՆ նախատիպ մեծին Յովհ. ասէր երբեմն յիւրում քանին, նեզեալ ի փոքռանութեան արկածից, "Ո՛վ առնէր զիս ըստ աւուրցն առաջնոց ,, միանգամայն ի բաց եդեալ զքաջողջուն զինչասէտսն և զբազմարդուն: Օ՜ն որոյ և ես համբերձ հատանելմամբ բարբառիմ ի դիպուածոց առտի վտանգեալ. ոմ զիս անցելոցն առաջի դներ սմանաց, վերստին զմանկականն տիտղս զգեցուցանելով զհասակ: Յորում ձախացեալքն էի հայրենասուր հոգեկան ընչիցն առատութեք. և զարդարեալ հրձուէի ճօճնասմանութեամբ Հոգւոյն պատմուճանաւ, և չնորհացն պսակաւ փառաւորեալ զվնասոյ իմոյ. և զառաջնորդականին իմոյ կախեալ զպարտութեք զոսկեառեակ քայառամանեկիցն զգեզեցկուէ: Եւ ամենևին զամենայնին ընդ իս բերելի զհարմանական յօրինուածոյն զգեաւ, պատշաճ լինելով յերկնայինսդ պարփակիլ փեսային առաքեալս: Վ՚անգի արդարև զարդարի պատեհ առաքինութեն երանգովք ըստ նախատիպին կերպարանեալ, արպէս ձշմարտութեամբն և ինձ թուի:

DOMINI

JOANNIS PHILOSOPHI

ARMENIORUM CATHOLICI

PRIMA EJUS VITA
EJUS AD PATRIARCHALEM CATHEDRAM ADVENTUS
PLURIUM VARIORUMQUE
ECCLESIÆ RITUUM AC DISCIPLINARUM INSTAURATIO

1. Patientum prototypus magnus Job dicebat aliquando verbis suis, afflictus a calamitatum tentationibus:[1] *Quis me faciet juxta dies pristinos*? quippe qui sanitatem, opulentiam, filiorumque copiam unâ simul amiserat. Eadem et ego ingemiscens profero praesentibus perculsus eventibus. Quis me transactis repraesentabit temporibus? iterum juvenili me vestiens aetate; in qua spiritualis opulentiae copiâ a Patre largitâ dotatus eram, ac septiformis Spiritûs stolâ ornatus exultabam, gratiae diademate gloriose coronatus, atque regalis aurei monilis pulchritudinem ex collo pendentem in me habens; ita ut omnem omnino sponsalis ornamenti vestem mecum ferrem, jure promerens in caelestis sponsi thalamum recipi. Siquidem profecto virtutum coloribus ornatur imago juxta prototypum efformata; quemadmodum veritati mihique videtur.

1 Job. 29. 2.

Յայնժամ բոլորովին ես ինքն էի լուսաւորել՝ յաճախելոյ Թափանցմանց լինելոյ նշուղից. զոր իբրև մնքուր հայելեաւ առ իս զիրկչականն ձգելով դիմի զնմանուն, հանգոյն արեգականի՝ իսոյս ուրուք լոյս յատակութեի չուրցն առաքելով զիւր ձառագայթմն։ Եւ նախ նորին ստեպ ստեպ հոգւոյն ուղխից վտակօք ոռոգաներ զարգաւանդ երկիրն մտաց իմոց. և որպէս ի ծաղկահոտ գինի՝ սպունգ ինչ Թացեալ, այնպէս լցեալ ուռճանայր ի նմանէ բանական իմ ոգի. մինչ զի կարել ասել ինձ զայն ժամու պատահիցն իբրև զայլմէ պատմելով, "Անուշ էի մտավարժ, և ոգւոյ բարւոյ դիպեցայ,,։ Քանզի և վարժապետ վերհագոյն ունէի յայն պարգևեալ ինձ, հայր միանգամայն և հրահանգօղ հոգևկան վարժուեց՝ գինն Աէոդարոս, ըստ մերումն՝ ածականի պատշաձեալ լեզուի. որ ոչ զառ յինքենէն եւեթ բաւականանայր շտեմարանել յիմումն ոգւոյ զբարին, այլ՝ի յոլովից զպայծառս գոյնս ծաղկաքաղ առնելով զընտրհաց, լիացուցանել զագահութեն իւրոյ ինև ջանայր զուսումնասիրութեի. և գրեթէ յապշմանէ Հոգւոյն՝ գինն նախատեսեալ, զառ՝ի յոքունցն հաւաքեալ պատրաստեր լինել բազմաց պիտոյից նիւթ, ծածկաբար զնայն առ իս բարբառելով. "Կիր մանր զմանրս զայգ,, պատգամատարող հրաւիրեալ լինել խրատ լեամնն ազին։

Եւ եթէ երբեք ուրուք խորհելի արդեաք զհրամանացն խորտակել զլուծ, և խզել զաշխատութեն առմետս, այլում ուրուք անկն դնելով կինցաղական տարփանաց, աստուածայինն ընդհ անդրկն ձգեալ բերէր զիս կապանօք սիրոյ իւրոյ, սաստելով յանկնջ խորհրդոյն իմոյ, "Ո՛վ կայ քո և ձանապարհին եգիպտացւոց, լսելով զջուրն Կարմիր,։ Յաղագս որոյ ապա հաւանեալ իմ այսոքիւք՝ իբրու թէ ձայնիւ կոչողին զիս այ, զանձնատուականն ընդ առաջ տանելով բան, "Ահաւասիկ եմ ես, առաքեա զիս,,։ Որ օրէնսակ ձի ոք նորատարժ ոչ կարացեալ ինքենէն զվերբերլոյն իւր՝ի բաց ոստուցանել, զանկամայ սանձիցն բռնադատութեի դժոխականութեն իւրոյ եղեալ՝ զոր ծիոյ քաջ հրութե ասպարէզ։

Tunc ego ipse totus luminosus eram divino pervasus splendore; unde veluti per speculum nitidum ad me trahebam Salvatoris vultûs similitudinem, qui solis instar in profundius spatium radios suos per aquarum puritatem mittebat. Atque primum rivulis torrentis ejusdem Spiritûs saepe saepius irrigabatur fertilis mentis meae terra; et sicut in floriolens vinum spongia quaelibet intincta, ita sane rationalis anima mea ab eo repleta germinabat: adeo ut dicere queam de felici illo meo statu, veluti de alio enarrans: *Puer eram ingeniosus, sortitus sum animam bonam.*[1] Habebam enim et magistrum excellentem a Deo mihi donatum, patrem simul et doctorem spiritualium disciplinarum, meum Theodorum, qui juxta nostram linguam *a Deo donatus* interpretatur. Qui nequaquam satis esse arbitrans, ut sui ipsius bonum dumtaxat in animam meam insereret, ex multis immo clariores colligens gratias, florum instar, aviditatis suae amorem erga literarum studium per me explere nitebatur. Atque fere per Spiritûs inspirationem futura prospiciens, collecta illa ex plurimis praeparabat, ut materia pluribus necessaria fieret; tacite divinum illud ad me loqueus: *Comede* minutatim *volumen istud*[2], nuntius tu constitutus pro gente Israël.

Quod si umquam forte cogitassem mandatorum jugum confringere ac laboris lorum disrumpere, oculum alienis saecularibus desideriis figens, ipsa divina gratia a retro trahens me ferebat amoris sui ligamine, instrepens in aures consilii mei : *Quid tibi vis in via Ægypti, ut bibas aquam Gihonis?*[3] Quapropter ego demum, ceu per Dei me vocantis vocem, fui demum persuasus, acceptationis proferens verbum: *Ecce ego, mitte me*[4]: quemadmodum equuleus equitem a se dejicere non potens, quam nollet, fraeni vim invitus aversioni suae superimponens, longum iter percurrit obtemperans.

1 Sap. 8. 19.
2 Ezech. 3. 1.
3 Jerem. 2. 18.
4 Isai. 6. 8.

Ա՛յլքանդ և այսպիսիքդ չիսկզբանէն առ իս ձայ նախխնամուձէն մեծուձէ։ Արդ իւիք աւասիկ ես այժմիկ հարկանեմ զանձն իմ և նուաստանամ, հարցափորձեա՛լ ի ձեռն՝ թէ զիսդրդ անհանձարեցուցանէ հասակին տուեալ զգործոցն խոհականուձէն, իսկ զքաղաքավարձէն ուսեալ ներշնչմանակացն, և մանկացակազմուձէն փարթամացելոյ, զյոլովս անդուստ՝ ի քաց յաղուկեցաք զգործնականն խմաստուձէին. մինչ զի ընդձայլի լինել լինձ այսօր, որպէս յառաջնն աստղի, հանդերձ կատարելուձեա՛ն և պատուոյ քարձրուձէ՛ զատնալ հանդիպել մատաղագուսնի և անթառշամ՝ ի մեղաց եղելոյ հասակին, եթէ պարտ է ըստ առաքելական բանին զպիտանի և զընտրեալ անօթ ընտրել պատուականն գանձու՝ վերկայք լինելով յաղմագուձեա՛ն միմեանց հանդիսատարար և ազգակցապես։

Այլ զի մի թուեցցայց այսգունիւ բերեալ յանկուձէ՛ զԱգիսյ զբեւտատացուց գոռոզին ախտանալ, որ զգատամնացեալն իւր Աղիսյ առաջի առնէր առ՝ ի չօշափել զմնրումին՝ որպէս թէ՝ ի մեռելուձեա՛նէ առ մանկուն զծերուձին փոփոխել յուսալով, զարձցուք և զկարելուձեան բուն հարցուք՝ ի քաց դնելով զանհրաժեշտին մուածուձէ։ Ո՞վ ի կարելի է բանական կենդանի ասէցէ՝ ամենեցուն յամենայն ժամ լինել զինչ և կամացի. թէպէտ և ոչ համանգամայնն՝ ի միոչէ և՝ ի նմին ժամու ներգործելով զներհականան. որ մանաւանդ ըստ ըօրուձեա՛ երկոքին՝ ի նմին գտանին՝ ի մարդին։

Այլ պարտ է այնմիկ՝ որ զխոտատացեալն իգրև զրամ բրտենեալս յուսոյն ողջունել գիսոհ, յարատեւուցայն և դժուարաշարժին հոգ. տանելով ձգել ձեռն։ Զոր միանգամ քնաւորեցան կամ ոչ հեռանալ՝ ի մարդոյն, կամ թէ հեռացեալ՝ վաղվաղակի վերստին գտանելով յարատեւեա՛լ. և այս են առաքինուձեա՛նք, որք առ հասարակ հոգւոյ և մարմնոյ գիտառացին՝ ի գլուխ յօրինեալ կատէ զպատակ։ Զանգն այլք՝ ի տրտմագրուձեան ժամանակաս տրտմակայեալ, լա-

1 Iisdem fere verbis usus est Serm. III. §. 19. in Gen. cujus de Agar loquens Philo Judaeus opera ex graeco originali ar-

Tot et tanta in principio erga me divinae providentiae magnitudo: unde ecce ego nunc meipsum redarguo et humilior, Deo me sciscitante, cur nam in insipientiori aetate magis prudentiae operibus incumbens atque pulcherrimas studiorum choreas ducere [1] edoctus scientiisque locupletatus majorem practicae sapientiae partem abjecissem; adeo ut optarem hodie, quemadmodum jam dixi, unâ cum perfectione istâ et dignitatis hujus fastigio ad eam tenellam haud pro peccatis arescentem aetatem reverti; quum, juxta apostolicum verbum oporteat, vas utile et electum pretioso thesauro implere, ut sibi invicem similitudine affinitateque sint testes.

Ne tamen videar hocce ductus desiderio, Pelei Thessalorum tyranni vitio laborare, qui decrepitum suum corpus Medeae proponebat dilaceraturum, senectutem suam sperans de morte ad juventum transmutandam fore; convertamur, et ad ea, quae fieri possunt, manum admoveamus, sepositâ eorum, quae fieri nequeunt, cogitatione. Cunctis namque ratione praeditis animalibus licet semper quicquid velint facere; etsi non unâ, eâdemque horâ in se habere possint ea, quae sunt actu contraria, utraque tamen virtualiter in eodem homine reperiuntur.

Ille autem, qui per spem novit, promissa, veluti accepta, complecti, debet diligenter aggredi res permanentes atque immotas, quae soleant ab homine aut minime recedere, aut si recesserint, cito rursus conversae firmiter copulentur. Hae sunt virtutes, quae spiritum pariter et corpus coronâ gloriae praecingunt. Caeterae namque affectiones aliquandiu commorantes invicem dissolvuntur; virtus autem in nobis semper vult commorari. Hac enim de causâ

[1] meniace jam Saec. v. translata vimus. ann. 1826. latinis quoque dona-

ծանեայ զմիմեանս. իսկ առաքինութիւնն հանապազ
զործ՝ ի մէջ խնդրէի ընականալ։ Այս պէս ի յայս իսկ
և գոյացուցիչն զմերս հաստատութեանց քնութիւն, զի
բարեգործք և ողորմելք եղիցուք. և ինքնիշխանու-
թեան կատարք՝ իբրու՝ ի տեսլարանի ումեք՝ ի սուտ հա-
հատակել հանդիսացուք. ինքեանով որպէս թագաւո-
րականն մատուռեաւ ողորմելիս երկիւղիւ զսիրտս մեր
և զձեռս, ընդ որս յարմարեալ պատկանի խորհուրդ
և գործ։ Ո՞վ ի նոքաւմէք իրօք, որովք առ մեզ տա-
զանգեալ անկաք, առ կեանսն դառնալ վերստին զի-
տիցեմք։ Ո՞վ կինի որոյ ապա ձշմարիտ և քաջ հովուա-
պետին հնազանդել հանդիսաւորիպ առ նմանութիւն, զոր
՝ի նմանել ՝ի վայրս մնացեալսն ՝ի մերումս ընդօրէ մարմ
նի զվշտամբերութեան. մինչ զի կարողք լինիցիմք հա-
մարձակապէս որոց իշխիցեմքն հրամայել։ "Նմանողք
լինէ եղիջիք, որպէս և ես ՝ի Քրիստ,,։ Նմանգոյն նման ա-
ռաջի երթալ ընդ պատուիրանապահութեն շաւիղս.
և զօրազեղչայն ձայն միշտ ՝ի լսելիս հնչեցուցանել
զաւետարանականն քարոզութեն վարդապետութեի,
զառաջն և զանձնաս բանիցն ձարտարեցուցանել դա-
սերս, և առ մնուցիչ հոգեկան պատգամացն մնու-
ցանելով զուրս, մանաւանդ՝ որ արտաքոյ ապականա-
ցութիս այսորիկ է՝ ՝ի հրաւիրեցելոցն զմեզ վայրի.
անխոտանատուի երջանկին շրջապատել զնոսա պարթե-
պատ առանձնականն հաւատոյն խոստովանութեք։ Այս
ընդ գազանացն կռուել յարձակմունս, զի մի քայ-
քայեալ ցրուիցին մերմ ՝ի դժոխս՝ գերեզկապէս մի
առարեալ Քրիստի անդամքն. այլ ամենեքեան միով գաւթի
միով քաջական դասալքանէն յարդարեցելոյն լինել հօտ։

Թ. Վ՚ԱՆՁԻ առեսանեմ ՝ի յոլովագոյն և ՝ի ծանր
իրս անկարգութեի քաղմացեալ, ոչ միայն ՝ի ժողովրդ
դակաւս, այլ առաւել յոլիսն մնանկունս, և յա-
ռաջնորդս երկերեցեալս։ Ալրք մեր լեզու՝ ՝ի ձեռն միոյ
քարոզի ՝ի մի երալք ձշմարտութեան ձանապարհ. և
արդ քազմահեռք և քաշմաշաւիղք եղալք, յանչափա-
քար և զանազան և այլայլեալ առնելոյ՝ թէ զվարս և

1 Colos. I. 24. 2 II. Cor. II. 1.

vel ipse Creator nostram condidit naturam, ut benefactores essemus atque amatores Dei, et per liberi arbitrii vehiculum, tamquam in theatro quodam, dimicantes conspiciamur, cor nostrum ac manus, quibus cogitationes et opera ad amussim aptantur, veluti regio annulo, divino timore obsignantes, ut iisdem rebus, per quas dilapsi in mortem cecidimus, ad vitam iterum redire valeamus. Hisce positis, studeamus deinceps vero bonoque pastorum Principi accurate assimilari, *adimplendo ea, quae desunt passionum ejus in corpore nostro* [1]; ita ut eis, quibus praesumus, fidenter praecipere possimus: *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi* [2]. Imitatores illius praeeamus per viam observationis mandatorum; et vocis sibilum, evangelicae nimirum praedicationis doctrinam, semper in eorum aures ingeramus; eosque salubrium innoxiorumque verborum herbis pascamus, et secus nutrientes spiritualium oraculorum aquas refocillando ibidem alamus, ubi extra illud, quod corruptibile est, invitati sumus; triplici quoque indissolubili muro eos circumdemus, trium videlicet, juxta fidem, Personarum confessione; et contra ferarum incursiones colluctemur, ne Christi membra pulcherrime conjuncta dispergantur divulsa prope ad inferos, sed omnia unus efficiantur unius ovilis, uniusque dominici baculi grex.

II. Multiplicia namque video in plurimis gravisque momenti rebus vitia, non in saecularibus dumtaxat, verum in Cleri pueris, potius, et in Ecclesiae raectoribus. Qui unâ linguâ per unum praedicatorem [3] unam aggressi sumus viam; nunc tamen multa premimus vestigia, multosque tramites praeter modum; atque diversimode, et aliis aliisque formis tum mo-

3 Per unum videlicet S. Gregorium Illuminatorem.

եղեալ զվիճաբանութիւնսն որ առ նմա. մինչ զքեզ վնասին կրկին զիմաստս ըստ հնոյ պատմութեանն՝ պա- տերազմիլ ոմոյ այլ ընդ եղբօր, և այլ ընդ ընկերի, քաղաք ընդ քաղաքի և օրէնք ընդ օրէնս։ Այնպիսի- կանն զգաստութիւն և վայելուչ առուեւառութիւնքն խոտակիցք և հաշտասիրք լինելով, և առ խաղաղութիւնն ճոխ ժողովեալք՝ զխաղաղութիւնն խնդրեալ խուճապիւք և խռովիւք։ Այլ իրքն այլազգիք և այլալեզուք՝ տանիւք և բերմամբ զմիմեանս, լի ներով առ նոսա խուժ, և այլք այլոց գաւաժ։

գ. Ինդ որովք և զայս եհաս տեսանել. զի՛ի տես զկոս տեղիս զսեղմսն և զաւազմսն ոչ առնեին ըստ հզօրմանի և աւանդութեանց երկանեւեացն մերոց հա- րանց՝ քարեղէնն և անշարժաւորն զերկոսիսին հնձել- ցուցանելով. այլ զսեղմսն փայտեղէն և շարժուն առնելով, իսկ զաւազմսն ըստ սիրոյին՝ ըստ ժամուն և ըստ տեղեացն, որ ինչ անօթով և՛ ձեռն գայցէ, կատարին զկարգն։ Ներելով տարացոյց իւրեանցն ոխակալեացց տղայասպէս և անփորձաբար, եթէ տա հարկի՛ի սիզմանն յոտիքեն երագագրաւելի ինչ ցու- ցեալ երեւ գործ։ Այսպէս Ինձ տովտրակեան տեղա- հասեալ՝ ի վերնատանին կատարել զխորհուրդ մարմնոյ և արեան իւրոյ, և փիլիպպոս վնեղքինին յոր և ինչ ջուր մկրտեաց. նոյնպէս և վասն այլ առաքելոցն՝ ցուցանել, ասեն, պատմութիւն՝ եթէ այլազնեալսն ի մեռանոց, և որպէս զիարդ և ժամն խնդրելն՝ ընդ եր- կոսեանսն անցանելին խորհուրդս։ Այս առելոյն մեզ Ոստատուիչ փայտեղէնն ընդ ինքեան շրջեցուցանելն, ասեն, տեղեաւ. և՛ ի գետս և՛ ի վտակս, յորս և հաւատ նէր, մկրտութիւն կատարելոյ։ Եթէ որս՛ի դէպ է ասել, եթէ առնեսցուք՛ի Ինձ եղեալքն, ով դուք, յօրի- նեալ մեզ բերելի է, ապա հարկ է և երեմտասիրեալ մկրտել. և Թլփատել ուխտօրեայ, և երեքօրեայ

res, tum erga Deum doxologias perficimus: ita ut eamdem fere experiamur noxam, quae in veteri historiâ commemoratur, pugnare videlicet inter nos virum cum fratre, et hominem cum proximo, urbem adversus urbem, et legem adversus legem [1]. In terrenis conversationibus, atque in negotiationum commerciis colloquimur, et pacta ad invicem firmamus; verum coram pacis Deo congregati ad pacem postulandam perturbamur et confundimur: et quasi alienigenae, alienaeque linguae homines, detrahimus invicem et sejungimur, non secus ac si iste fuerit illis barbarus, atque illi caeteris barbari.

III. Interea et istud nobis videre obtigit, quod quibusdam in locis Altaria, et Baptisteria non extruuntur juxta beatorum Patrum nostrorum praeceptum traditionemque, ambo lapidea et immobilia condendo; sed ligneum ac mobile altare quidam erigunt, et consuetum perficiunt lavacri ritum pro necessitate, ac pro tempore, et loco, per quodlibet vas prae manibus in promptu occurrens, suorum excusationem errorum pueriliter quidem, et imperite adferentes, si quidpiam priscis temporibus festinanter ab aliquo (*viro*) mostratum fuerit opus: a Christo, exempli gratiâ, qui ad communem mensam in caenaculo corporis et sanguinis sui Sacramentum confecit; et a Philippo, qui, ut ut accidit, Eunuchum in quavis aquâ baptizavit. Similiter, ajunt, de aliis quoque Apostolis demonstrat historia, quod diversimode ab invicem, et quomodocumque tempus poscebat utrumque conficiebant Sacramentum. Sanctus quoque Illuminator noster ligneum, inquiunt, secum ferebat altare; atque in fluviis rivulisque ubicumque advenisset, baptismum peragebat. Quibus dicendum est: O vos, si universa a Christo acta nobis ad exemplum adducenda essent, ergo oporteret, et triginta annorum unumquem-

1 Idest unius provinciae praxim seu legem adversus alterius provinciae legem. Sicut in Gr. sic et in Arm. νόμος, νομός, օրէնք, *l. quae sum.* *legem* atque *provinciam* significat.

յառնել, և քառամտօրեայ յերկինս համբառնալ. զի ըստ այսմ օրինակի զայսոսիկ հաձոյ թուեցաւ ներգործել Քրիստոս։ Եւ զկնի ընթերցացն յերեկոյին ժամու հաղորդել խորհրդոյն, զի ոչ ուրանօր զհինին աւարտեալ ինքեաց, անդամնօր և իւրումն հիմն ձգեալց նորոյ ուխտի։ Եւ այժմ քազում ժամն՝ի միջի կատարելոյն ընդ մարմնաւորականին և ընդ հոգեւորականն սեղանին, և ուխտօրեայ մկրտութիւնք։ Նոյն վասն Թլփատուե՛ի Պաւղոսն ընկալաք հրամանն. «Եթէ թլփատիք, ասէ, Քրիստոս ոչինչ ձեզ օգնէ»։ Նոյն նախ քան զկատարածին յարուցեալն տալ մարդկային բնութեանս՝ չխմբնոս և վիրաւոռս այսմիկ սկիզբն արարին ամբարշտութե քանիցն։ Եւ ոչ ընդ դրունս երկնից կարողութեն է ումեք անցանել առանց նմին օգնոյ՝ի մարդկանէ, «Ուր կարապետն մեր Յիսս յառաջեալ է համեստ»։

Պարձեալ առաքեալքն զյոլով ժամանակս՝ի տաճարին զատ՝ի վիրաստոսէ նոցունն կատարէին աստուածպաշտութեան խորհուրդս. եթէ զաղօթից, եթէ զկաղանդուն։ Նոյնպէս և զայժմ կանոնականն սահմանեաւ զմեզ պարապեալ զգուշացուցիչն նոցին աստուածպաշտիք և ժառանգաւորիդք, ոչ երթալ՝ի ժողովարանս և՝ի մեծ տուներս չորեքից կամ հնգետասանից։ Այլ առաքեալքն ընդ չորեսին յիւրեանց ժամանակին զսրբոյ պատարագին տօնախմբութիւնն զոր. իսկ՝ի մէնջ երեք ոք յանդգնեսցի ընդ չորեսին տօնել, և կամ յառաջ քան զգալոնայինն հաստատակատարութիւնն, և նախ քան զվիշապատիսին օր լուծանել զպահն, ընդ նզովիւք՝ի հարկէ անկեալ գտանին։

Այսպա ուրեմն զայն՝ նորագիւտ և դեռահասակ ժամանակին ստիպէր առնել այնպէս. իսկ այս՝ խորհրդոյ և ճաճայիկն տեսչութեն. զի մեծուէն առաջի անկեալ իրաց՝ զգիտութեանքն զանց առնել և անտեսել վարդապետէ։ Վասնզի անփոյթ առնել ծանուցին՝ համանգամայնեցին է՝ի քաց քարձուին. իսկ ըստ ճշմարտագունիցն՝ եթէ ժամանակ առ ձեռն պատրաստ կազմուիցե. զի որպէս՝ի խաւարի՝ և աղօտաշաւիղին է պատուհասլ

1 Galat. 5. 2.

que baptizari, et octiduum circumcidi, et tertiâ die resurgere, et quadragesimâ die in caelum conscendere: hoc namque modo haec Christo peragere placuit. Item quoque post coenam horâ vespertinâ Mysterio communicari; quoniam Dominus ubi vetus illud perficiens obsignavit, ibi per suum quoque novi testamenti fundamenta jecit. Nunc autem multas horas interponimus corpoream inter spiritualemque mensam, et octidui baptizamur. De circumcisione sane mandatum accepimus a Paulo: *Si circumcidamini*, inquit, *Christus vobis nihil proderit* [1]. Ante finem vero [2] fieri humanae naturae resurrectionem, Hymenus, et Philetus fuerunt hujusmodi verborum impietatis auctores. Nemini porro ex hominibus est potestas in hac vitâ per caelorum portas transire, *ubi praecursor noster Jesus* antecedens *introivit* [3].

Item Apostoli per multum temporis in ipso templo mysteria sibi a Christo tradita peragebant, sive orationum, sive communionis; nunc autem nobis eorumdem traditionum observatoribus et haeredibus per canonicas constitutiones praeceperunt ne Judaeorum aut Gentium synagogas vel templa adiremus. Ipsi quoque Apostoli suis temporibus unâ cum Judaeis festum sanctae Paschae diem celebrarunt: si quis tamen nostrum auderet cum Judaeis celebrare, vel ante vernale aequinoctium, atque ante primae Sabbati diem solvere jejunium, anathematis poena fit continuo obnoxius.

Illud porro novum adhuc et nuper inchoatum tempus ita peragere cogebat; istud autem est consilii divinaeque oeconomiae opus. Siquidem earum, quae praesto sunt, rerum magnitudo exiguas quaslibet praetermittere ac dissimulare docet. Graviora enim negligere, est universa abrogare; ad leviora autem componenda omne tempus in promptu est. Nam quemadmodum inter tenebras vel ipsum exiguum lumen

2 Idest ante mundi consummationem.

3 Hebr. 6. 2.

լոյս, լաստ նմին օրինակի լոյս եղեալ՝ և դումնաքեայ խաւարն վատթարանայ։ Յաղագս որոյ ասպա հարկ է հաւանութեամբ և հաւատովք հետևել զկնի բոլոր քրիստոսականացս, և սեղան և աւազան քարեղէն անշարժ ժաքսոր յամենայն եկեղեցիս արձանացուցանել։

Իսկ եթէ ասիցէ ոք՝ ի հարցասիրաց և ի լաստիրացս, էր աղագաւ քարեղէն և ոչ փայտեղէն հրամայեցաւ կանգնել մեզ սեղան։ Նախ զի և պատշաճաւոյն իսկ առ յարմարութեամբ խորհրդոյս՝ զնիւթս զայս տեսանեմ եղեալ. որպէս թէ զանյողդողդ և զանշարժահիմն փրկութեանն մերոյ իրողութիւն՝ կարծրագոյն և դժոխաշարժելի գործարանաւ անօրինել։ Երկրորդ զի և յառաջագուշակ եղեալ Իսայեայ՝ ի վերայ այմ հեթանոսաց, զոր առ եզիպտացիսն պատգամաւորեալ խօսի. "Յաւուր յայնմիկ եղիցի, ասէ, սեղան տեառն արձան կանգնեալ յերկրին եգիպտացւոց, և եղիցին՝ ի նշան յաւիտենից"։ Նայեա և արդարև իսկ սովաւ գյաւիտենական կենացն առ մեզ երաշխաւորեալ տեսանեմ բարութիւնս։ Զպակաս և ընդունասէրս. "Ընդէ արբից զգա, ասէ, ընդ ձեզ նոր յարքայութեան հօր իմոյ"։ Երկրորդ թերևս արդեաք՝ ի հանգերձեալ յաւիտենին՝ ի Նէտէ զնացին ձշմարտապէս, որպէս և այժմ՝ ի սեղանոյ աստի օրինակաբար, վայելիցեմք։ Նայեցի և նոյն ինքն Նէտ վէմ անուանեցաւ. "Ալ էմն՝ զոր անարգեցին, ասէ, շինողքն՝ նա եղև գլուխ անկեան"։ և դարձեալ, "Ի լերանէ վէմ առանց ձեռին հատեալ"։ զուշակէր զնա Դանիէլ. և Իսայի ասէ. "Ընդհատուիկ ես գնեմ՝ ի հիմունս Սիոնի վէմ բազմապատիկ, ընտիր՝ գգլուխ անկեանն. և որ հաւատասցէ՝ ի նա, մի ամաչեսցէ"։

Դ. Նշան տեսցուք և զայս ևս՝ ի կարգիս. զոր մանաւանդ թէ և յառաջագոյն իսկ արժան էր յիշել իբրև զմեծագործ և զբազմերախտ՝ ի Նէտէ պարգևեալ մեզ աւանդ։ Ո՞յ խղճայն տգէտ ասեմ, որով զնո-

1 Subintelligitur *respondimus*.

2 Isai. 19. 19.

3 Per Eucharistiae nimirum altare.

4 Matth. 26. 29.

in pretio habetur; eodem pacto exigua quoque obscuritas est advenienti lumini molesta. Oportet itaque cum consensu et fide universos sequi Christianos, atque Altare et Baptisterium lapideum immobiliter in omnibus Ecclesiis erigere.

Quod si curiosus quisquam interrogandi audiendique cupidus dixerit: » Cur nam lapideum, non autem ligneum praecipitur nobis erigere Altare«?[1] Primum, quia magis adhuc convenientem materiam ad Sacramenti commodum video hanc esse; ut scilicet fixum atque immobile salutis nostrae negotium per durissimum et ad movendum difficile instrumentum dispensaretur. Secundo, quia prophetizans de universis Gentibus Isaias haec Ægyptiis annuntiat: *In die illa erit*, inquit, *altare Domini columna erecta in terrâ Ægyptiorum, et erit in signum aeternum* [2]. Per istud namque [3] reapse largitâ fide, nobis aeternae vitae bona pollicita fuisse video, quemadmodum vel ipse Dominus dicebat: *Donec bibam illud vobiscum novum in regno Patris mei* [4]. Tertio fortassis, quia in futuro saeculo Christo veraciter, sicut et nunc symbolice isto altari [5], fruemur. Siquidem et ipse Christus lapis nuncupatus est: *Lapis*, inquit, *quem reprobaverunt aedificantes, hic factus est in caput anguli.* [6] Item, *per lapidem abscissum de monte sine manibus* [7] Daniel de eo vaticinabatur. Isaias autem dicit: *Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem pretiosum, electum, caput anguli: et qui crediderit in eum, non erubescet* [8].

IV. Verum illud quoque per ordinem videamus, quod antea potius erat commemorandum, utpote magnificum multorumque beneficiorum aerarium nobis a Christo elargitum; sanctum, inquam, Oleum [9], per

5 Isto nempe altari, quod est lapideum.
6 Psal. 117.
7 Dan. 2. 34.
8 Isai. 28. 16.
9 Chrisma videlicet.

պինդ՝ ի մեզ ձգեալք ի վայր միանալոյին։ Վասնզի յայժ
օտարացաւոր նուաստ և այլասպէս՝ ի միմեանց վարիմք.
զոր և առաւել իսկ առ մերով ժամանակաւս։ Վասն
նորին ձէթ լինդունել յԱրուսաղէմ բերեալ, խաչի
ձէթ գնա անուանելով, և գնոյն նովին սամանօք առ
մի ըստ միոջէ սկրտեալսն իւրաքանչիւր ումեք վերըս-
տին օրհնել. զոր դամոգաղիմ ասել, որպէս թէ քա-
զում անգամ օրհնութիւնքն, յորովագոյնս՝ ի նոցունս յիւղն
կոչել զընծորհն. և կամ թէ՝ ի գալստենէ նորոյ շնոր-
հին գինացեալսն՝ ի բաց մերժել յամենեցուն անտես։ Այս
գործեալ նովին ձիթով օծանիցին զսկրտեալսն և
զերախայսն, այլ և զհիւանդս և զեկեղեցի և զա-
զանս և զթաչս։ Այր թէպէտ և Ծոգին սի է, և առ-
հասատչեայ Ծոգւոյն իւղն նոյն է, սակայն բազմազ-
գի մերում ըստ փրկութեն, բազմօրինակ և խորհուրդ
փրկութեն հրաշագործի. ըստ նմին և առիւքեն որա-
շին՝ ի միմեանց՝ որով՛ք փրկեալսն լինիմք, և անուանք
առիւեացն։ Այպա և ազօթքն և գործառնութիւնն ոչ
ամ զմիոյ մնառուցանել մեզ փրկութեան պատրաստ, և
ոչ միոյ զանձնեցուն. և ոչ նմանապէս միմեանց օգ-
տատիրոյց մեզ լինելով, այլ երախայութեն օծումն
զհրաւիրակատն ունի դերշմ. և աւազանին օծումն՝
զըստ հոգւոյն մեզ յայտնութ վերստին ծնունդ. իսկ
որ զմիսի սկրտութեն է օծումն՝ զորդեգրութեն այ՝ ի
մեզ կոչէ զնորս։ Վարձեալ՝ սեղանն կերակրէ զմեզ,
և ոչ ծնանի. աւազանն ծնանի, այլ ոչ կերակրէ.
խաչն մնրտնչի ընդ մեր առ թշնամիան, և ոչ ծնա-
նի, և ոչ կերակրէ. ի հիւանդութեն՝ զառաջնոյնն
ունիմք կարօտութէ, ոչ և և զայլոցն։ Այոցս ապա-
քէն և ազօթքն և քարոզութիւն և օծմունքն՝ բաժա-
նաբար ըստ իւրաքանչիւրոցն վայելել լինել խորհըր-
դոյ։ Այս պատճառս ոչ ունիմ ասել, զմնիոյնն առ-
նելոյ զառաջնոցն այսպիսի խառնաձմնդոր և եղծա-
գործ սովորութեց, եթէ ժամանակի կարճութէ,
եթէ հիւանդութեց՝ ի վերայ անկուածն, եթէ ան-

1 Ea scilicet unctio, quae una simul cum interrogationibus lavacrum praecedentibus fit.

2 Isto unctionis nomine intelligit Auctor hoc loci eam caeremoniam, qua sanctum oleum in aquam baptismi funditur.

3 Sanctum scilicet Chrismatis

quod Christo copulati Spiritum sanctum ad nos trahimus. Nimis enim discorditer diversoque ab invicem modo utimur. Videmus quippe nostris temporibus, Sacerdotes oleum excipere ab Jerusalem deportatum, illud *Crucis Oleum* nominare, idemque iisdem vasibus pro unoquoque baptizato iterum benedicere: et, quod referre nollem, quasi multiplicibus benedictionibus plures super ipsum Oleum advocentur gratiae, aut ex novae gratiae adventu antiquata ab ipso vase depellatur. Eodem Oleo praeterea ungebant baptizatos, et catechumenos, et infirmos, et Ecclesiam, et altaria, et cruces. Verum etsi Spiritus unus sit, idemque sit Oleum Spiritûs arrhabo: attamen juxta multigenam nostram liberationem multiplex etiam salutis nostrae mysterium mirabiliter peragitur: unde et loca quibus salvamur, et locorum nomina a se invicem secernuntur: deinde oratio quoque et operatio non omne unius exhibet nobis salutis donum, neque omnibus unum, nec aequali ratione nobis proficiunt. Nam catechismi unctio [1] invitativum praesefert signaculum; lavacri autem unctio spiritualis nos regeneratione adoptat [2]: quae autem post baptismum est, unctio [3] in nos adoptionis Dei gratiam advocat. Praeterea altare nos alit, haud vero gignit: lavacrum gignit, non alit: crux dimicat pro nobis adversus hostes, non gignit, neque alit; in infirmitate vero sanitatis indigemus, non amplius alterius rei. Horum equidem et oratio, et praeconium, atque unctiones disjunctim pro unoquoque Sacramento esse debent. Praepositorum autem negligentiae rationem quoad hujuscemodi recentiores depravatasque consuetudines nescio afferre: utrum fuerit temporis angustia, an morborum instantia, aut quiescentiae defectus ob tyrannorum vexationes. Haec illis, et Deo sunt relinquenda [4]. Nobis porro, ceu filiis a-

seu Confirmationis sacramentum.

4 Idest, quaenam fuerit horum consuetudinum causa, iisdem, qui illas introduxerunt, Deoque investigandum reliquimus.

պարտապուրթէն յաշխարհականացն հորատահարուրթէ. զայս ի նոսա և յայծ թողլի է: Իսկ մեզ իբրև հայրապետից ոմանց որդւոց՝ զառ ի նոցանէ անտես ընծայեալն, ձեռն տալովն այ, տեսանել արժան է, և ի բարեկարգուրթէն և ի բարեզարդուրթէն ածել.

ե. Ոչ տեսանելեաք առ այսոքիւք և զայս եւս, զի ամենեք զառ ի միրոնէին գալ հանդերձելոցն՝ զհրաժարելոյն ի սատանայէ՝ նոցա հարցմամբ ի վերայ ոչ բերեն զերդմունս, և ոչ զսրբոյ Հրամարդուրեան խոստովանուրթէ, և ոչ յերեխայուրեն նախկին մատուցանեն ձեռնադրուրք յօծուրեն. այլ միայն առ միրոնէին ասազանին վազվազեալ՝ ի ներքս սրսկանին: Զայնոսիկ ընդ առնելով այնոցիկ՝ որոց թագաւորեցուցանել զոք կամիցեալ, նախ քան զմարդոցն ծածկել մերկուրէն՝ զպատկին ի գլուխ կապել յատաղեաքը, ի միասին ընթանալով փառացն և անարգուրեանն: Իբե կամ թէ որում ծնանել առաջի կայցէ, զծնունդն առաջի դիցէ յղանալոյն և երկնելոյն. զորս ի դէպ է անտին խոստովանել զմեզ ծնունդս, և կամ վիժածս, և ոչ ծնունդս: Վրանզի պարտ է՝ նախ ի բաց կալ ի ծառայեցուցանօղ առեւնէ, և յապաստամբ ծառայէ անտի. զի "Տիրեսցէ, որպէս Պողոմոն ասէ, ծառայն խմաստուն՝ տերանց անմտաց,,: Զնոյն այնոցիկ ապա հաւատալ արտիւ, և խոստովանել բերանով, յորմէ կեանն հասցէ, զՅայր և զՎրդի և զՍուրբ Հոգի: Այս յերեխայուրեն կարգի առ դուրս միրոնէին պատշաճացի լինել նմա՝ որ միրոնիցին: Իբե ապա զինի այսոցիկ զհոգևորն ծնանել ծնունդ յաւազանին. և զեօթնեակին՝ ըստ եօթնեկացն որ ի մեզ հոգեկան շարժմանէք, զգենուլ զՔրոգւոյն չնորհս, զոր Հատկան թուէ: Ոչ ինի որոց ապա և զարդեգրուրեանն այ անուն ժառանգել՝ յետ ելանելոյ ի ջրոյ անտի: Վրպէս և ի վերոյ փրկչին յօրինակ մեզ՝ Հայր յերկնից աղաղակեր, թէ "Դա է որդի իմ սիրելի,,: Ոչ ինի ամենեցուն, այս ինքն յղուրեն և ծնողականն և ժա-

1 Haec antiqua universalis Ecclesiae consuetudo, quam Sy- nodali suâ lege instaurare voluit penes suos quoque iste Patriar-

more patres prosequentibus, oportet, quae ab iis despecta fuere, Deo manum porrigente, investigare, eaque ad bonum ordinem bonumque ornatum reducere.

v. Et istud quoque praeterea cernimus: quod ab iis, qui baptizandi sunt, non exigunt quidam interrogationis modo de abrenuntiando diabolo juramentum, neque sanctissimae Trinitatis professionem, neque antea per manuum impositionem peragunt catechismi unctionem [1]; sed tantummodo ad fontis baptismum illos cito admittunt: simili fere pacto agentes ac illi, qui regem quempiam constituere volentes, antequam corporis operiant nuditatem, coronam capiti ejus imponere satagunt, concurrentibus unâ simul gloriâ, et opprobrio; aut etiam si quis nascendus sit nativitatem praemitti voluerit conceptui, partûsque doloribus; quos partus immaturos fateri necesse est, aut abortivos, non autem natos. Oportet enim, antea a captivante domino atque a rebelli servo recedere, ut *servus sapiens*, quemadmodum Salomon ait, [2] *dominetur dominis insipientibus*; ac postea corde credere atque ore confiteri (ex quo salus adveniet) Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum. Istud in catechismi ordine ad Baptisterii portam super eum, qui baptizandus est, peragatur. Deinde vero spirituali nasci (*oportet*) generatione in lavacro, et septem, secundum septem, qui sunt in nobis, spiritales motus, indui Spiritûs gratiis ab Isaia recensitis. Continuo tandem ex aquâ egressum, adoptionis nomen in filium Dei adipisci ad haereditatem; quemadmodum et super Salvatorem ad nostri exemplum Pater de caelo clamabat: *Hic est Filius meus dilectus* [3]. Post haec universa; post conceptionem videlicet, generationem, et haereditatem; deinde et

cha, iterum hisce diebus ex incuriâ et ignorantiâ desuevit.

2 Prov. 17. 2. et Eccl. 10. 28.
3 Matth. 3. 7.

ամանգատուրքեանն, ապա և զկենսացոյն՝ որ յերկինից իջեալն է՝ ձաշակել կերակուր, զմարմին և զարիւնն կենսատուծոյն Քրիստոսի։

Այսպէս և ըստ այսմ օրինակի երանելւոյն Կիւրղի Երուսաղէմի եպիսկոպոսի զերախայիցն կանոն պայծառացուցեալ է, և ըստ իւրաքանչիւր հաւատոցն բանից ընթերցուածս յածծային գրոց համագոյն միմեանց զուգեալ և եղեալ է. զոր ի սուրբ քառասնեւորդս պահոցն առանձնաբար ի վերայ նոցա կատարելով արտաքոյ ժողովրդականացն, յետոյ ապաս արդ ժամուն լինելին ընդունել զլուսաւորուքեանդ աշխատանին ի մեծի աւուր Հրաշափառութեան զատկին։ Այր թէպէտ և այն խոփանեցաւ. վասն զի յայնմ ժամանակի առ կատարեալս հաստատակամ ոմանս կատարուիւր երդախայութեանն կարգ. որք յիմնատ և ի բան հասեալք՝ կարող էին անձամբք իւրեանց լսել, և հաւատոք հրաժարել և խոստովանել։ Այսպէս այժմ ի տղայութեանէ հաստակի այսորիկ միանգամայն ի միասին ի վերայ եկեալ գտանին, ի ձեռն այնոցիկ՝ որք զմանկտւնսն ի մկրտութիւն մերձեցուցանիցեն։ Այսակայն նոյն խորհուրդ նմանապէս առ նոսա և առ մեզ մատակարարի. զանազանութեամբ հաստակացն՝ և ժամանակացն այլայլեալքս ի վերայ բերել հրամայէ զկարգ և զդէմս աւուրցն և կանոնաց՝ ըստ երկայնութեանէ և կարճութեանէ։ Այլ ոչ եթէ ՚ի զգլխոյ սուրբ փոխոխեալ գտանին յիւրմէնն խորհրդոյ, կամ առաւելեալ և նուազեալ։ Այս այսպիսի ցայս վայր այսպէս և այգքան։

Զ. Այս ամ առ որքօք և զայս ևս առեալեմք յոմանս անկարգութենէ ծուլորութենէ հնձնացեալ. զի զնոսա, որք յամենեսեան անդր գայցեն, ոչ առնելով ըստ օրինաց հաւատացելոց յեկեղեցիս՝ ի մէջ ժողովրդոց, հաղորդս առնելով ամ կարգաց և կրօնից քրիստոնէութենէ, և անդ յարժանաւոր տեղիսն զնոսա պատուեցին։ Այլ առանց ժամու և աղօթից, և առանց օրհնելոյ և հաղորդութենէ, արտաքոյ մնան՝ ուր կամք իցեն։ Այս քահանայն ընդ ձեռն ուրուք անդր եր-

1 Catechismos nimirum. 2 Subintelligitur *Satanae*.

vitae cibum de caelo descensum, corpus nimirum et sanguinem vivificantis Christi (*oportet*) gustare.

2 Sancti Cyrilli Alexandrini, non semel ab eo usurpatum expositumque effatum, adeo ut post tot

cundum identitatem naturae; quoniam nec utraque humana, neque divina: non corpus de caelo descendit juxta primi Eutychetis [1] hallucinationem, neque Verbum divinum ex Mariâ initium sumpsit, ut Photino visum est proferre : sed potius Ens increatum, descendens a Patre increato, carne indutum est creatâ in utero Virginis. Non est ergo una natura per identitatem naturae; nam etsi dicamus *unam naturam Verbi Incarnati* [2], non tamen tali stultâ delirâque sententia dicimus, quasi una ab alterâ ablata fuerit, aut altera dissoluta, humidarum naturarum more; unde neutra exsurgit natura. Sed quod erat, non abjiciens, factum est quod non erat; atque ita Altissimi cognita fuit humilitas: permanens in altitudine, inventus est idem in humilitate, ut inquit S. Gregorius [3]. » Quamquam propter nos descenderit ad vilitatem, constat tamen in propriâ naturâ ; quemadmodum vel ipse dicit : *Ego ipse sum, et non mutor* ». [4] Manifesta fuit nostra quoque excellentia; habentes enim formam servi, induti sumus formâ coelestis [5]. Quod sane Salvator ipse manifestavit, dicens : *Ego veni, ut vitam habeatis, et abundantius habeatis* [6]. Quasi dixerit : Non veni, ut largitam ab initio substantiae gratiam auferam ; sed ut Deiformem istam meam super illam confirmem. Haud enim venit Creator ad destruendam creaturam a se conditam; sed ut ipsam recrearet, renovaretque. Sic quum non recesserit a suo Esse, sequitur, quod tam humana quam divina dicantur propter unionem de iis quoque, quae non erant ejusdem substantiae. Hoc est, Verbum divinum homo factum et nominatum, nihilominus remansit quoque Deus ; et Homo Deus factus ac nominatus, nunquam suam perdidit substantiam, sicut Beatus Ephraem dicit :

argumenta Philosophi nostri contra Monophysitas, ad demonstrandum, quod reispa non una, sed duae in uno Christo fuerint naturae, injuriam ei intolerabilem inferat qui aliter de eo sentit.

3 S. Gr. Illum. apud Agath. pag. 159.

4 Malac. 3. 6.

5 1. Cor. 15. 49.

6 Joan. 10. 10.

մարմինն յանմահութիւնէ, այլ ունի զինքեան զմարմինն՝ որպէս ծնաւ ի կուսէն. և առաւել քան զմեզ, ըստ որում յարուցաւծն Յան միաւորեցաւ ,, ։

Արդ՝ յայտ է թէ անհատանելի միաւորութիւնն, և ոչ բնութիւնց այլայլութէ առաջնորդեն մեզ զմին ասել բնութիւն մարմնացեալ Յանին։ Ոչ սոյն և միօձա հանձարն Կիւրեղ աւանգէ Ղեքսանդրի հայրապետ, ասելով. " Ես ի մարմնոյ բնութէ փոխառաւեալ Յանին, այլ և ոչ մարմնոյն ի նորայն, այլ ի յատկութեան ըստ բնութէ երկաքանչիւրոյ ինացելոյ և իմացելոյ, ըստ այժմու մեզ աւանդեցելոյ քանին՝ անձառելի և անասելի միաւորութէին՝ մի մեզ եցոյց Աղուոյ բնութէ ։ Արդ՝ ի յատկութէ ըստ բնութէն ասել, զանշարժն ինալ ասէ յերկաքանչիւրոմ՝ որոց էին ։ Նակ ի գերազանց և ի սքանչելի միաւորութէին ոչ ինչ է արգել միութեան՝ զամենայնն խոստովանել ի Քրիստ, մի դէմ, մի անձն, և մի նորա բնութէ. զի որ ի Հօրէ առմնորին Յանն էր, ի Աարիամայ սրբոյ կուսէն՝ այս ինքն ի մարդկայինն բնութէնէ՝ մարմին զգեցաւ. և զնոյն միաւորեալ ընդ իւրումն զիմի և բնութէ, մի դէմ, և մի բնութէն ասի և հանդերձ մարմնոյն ։ Ես եթէ անգոյ և կամ առանց մտաց և անձին, և թանց բնութէ զմերն ընկալաւ ի կնոջէ, այլ ըստ ամենայնի կատարեալ առնելով առ իւրն միաւորեաց կատարեալն Յանն որ ի Հօրէ. և այսպէս ասի մի կատարեալ՝ զմի ունելով կենդանութիւն և զդէմ ։ Ես ի միութէնէն զերկաքանչիւրոցն ուրանամ զկատարեալն, և ոչ յաղագս երկաքանչիւրոցն կամ առարելն զմին հրաժարեմ ասել կատարելոյն. միութիւն յանայլայլութէ, և անայլայլութիւն ի միութեան խոստովանելով ։

Այսպա ուրեմն մի բնութիւն և մի դէմ կամ, եթէ պարտ է համառօտագոյնս ասել, ոչ է ըստ նոյնութէ բնութէ կամ ըստ միանձնականութէ. զի այս զերկոսին ի միասին գրութէ զրկեացէ, զնա ի մարդն լի-

» Non permutatum est corpus in incorporeitatem ; » sed tenet proprium corpus, sicut ex Virgine natum » est; idque nobis eminentius, quatenus unitum fuerat » Verbo divino ».

Patet itaque, quod incomprehensibilis illa conjunctio, non autem naturarum permutatio, nos ad unam asserendam Verbi incarnati naturam perducit. Id etiam sapientissimus Cyrillus [1] Alexandrinus Patriarcha tradit dicens : « Neque Verbum in carnis natu- » ram translatum est, neque caro in ipsius naturam ; » sed in proprietate secundum naturam utrâque ma- » nente et intellectâ, juxta nunc nobis traditum ser- » monem, ineffabilis et inenarrabilis unio unam nobis » demonstravit Filii naturam ». Atqui *in proprietate secundum naturam* dicens, immutabilia manere dicit in utrâque quaecumque erant propria. Propter autem excellentem atque admirabilem unionem nihil unitati officit, quominus haec omnia in Christo confiteamur; unam personam, unam hypostasin, atque unam ejus naturam ; ille enim, qui ex Patre erat, incorporeum Verbum, ex sanctâ Virgine Mariâ, scilicet ex humanâ nostrâ naturâ, carnem indutus est: quam quum personae ac naturae suae copulasset, una quoque dicitur persona unaque cum eâdem carne natura. Verum non sine existentiâ seu sine mente et animâ, aut sine naturâ nostram assumpsit substantiam ex muliere; sed omnino perfectam sumens, suae univit perfectioni Verbum, quod est ex Patre. Itaque unum dicitur perfectum unam habens vitam atque personam. Non propter unitatem nego utriusque perfectionem, neque ob utriusque perfectionem recuso unam dicere perfectionem; unitatem confitens in immutabilitate, et immutabilitatem in unitate.

Unam ergo dicere naturam, unamque personam Christi, si oporteat brevius loqui, non est secundum identitatem naturae, aut secundum consubstantialitatem, (hoc enim utrumque fere simul tolleret et

1 Ep. ad Succens. 2.

նելոյ, և զմարդն յաճախանալոյ. այլ ի, որպէս քաջա-
մանգամ ասացի, ըստ անձառ միաւորութեանն Բանին
ընդ իւրմէ մարմնի: Որպէս և ստեփան Նիւսիոյ ասէ.
"Որ խաչեցաւ 'ի մարմնի քումէ, և խաւսեաց զմար-
մինն ընդ իւր ածութեանն": Հաւասարիկ ըստ անձնա-
ւորելի և անպարփականալի խաւսմանն և միաւորու-
համարձակիմք ասել մի քումէն Բնի, և ոչ ըստ այ-
լում իմիք յերազանաւի: Ոսկէ և երանելին Թէոդո-
ոսէ Հռովմայեցի հայրապետ. "Որ ասէ զմարմինն առ-
նելի առ անեղն ածն միաւորութեամբ ածայինն և երկըր-
պագելոյ, և սա զերկնահոսումեանն իբրև մի անառանելի ածն,
երանեալ եղիցի": Ընդ երկոսին հաւասարապէս ու-
նի երանութեան բան, երկնահոսմբ խոստովանեալ ըստ
քումէնց, և մի ըստ միաւորութեան: Որ զմին ասե-
լով զքնութեանցն խոյանել կամակորեացուք զաղանդս,
և մի յասելոյ անտի զերկնահոսմբն՝ պատառել կամե-
լով զմիաւորութեանն պատմուճան. այլ բարեպաշտա-
բար առ երկոսինն գալ գիտացեալ, միութեանն ճանա-
չել զքնութեանն, և 'ի քնութենց անտի երևանել առ մի-
աւորութեանն: Որպէս հրաշալին ասէ Յովհան Կոս-
տանդնուպոլսի. "Որ խուեի խոստովանիմ, և ոչ
քայքայումն ինչ և լուծումն այսր քնութենէ յայտն, կամ
այնր յայտ. այլ միացեալ, մի լեալ": Ընդ մի լեալ,
որպէս յառաջն ասացի, ըստ միաւորութեանն գոլ ասէ
զերևելին և զաներևելին, և ոչ ըստ համապատասխութեան.
զի ծրպէս արդեաւք եղիցի՝ որք ոչն են:

Նայեց սակայն և զայս լսելիք 'ի ձէնջ ասացեալ.
"Որ 'ի քնութենէ զածայինն իսկ ասեմ, զոր 'ի Նեստոր ա-
նէր զիւր զիսկական քնութենին. զի ոչ ասի յարարա-
ծականացս ոք քնութիւն, քանզի արարչականն ասի
միայն քնութի. իսկ զմարմինն՝ մարմին Բնի ասեմ, և
ոչ քնութենէ Բնի": Փախչիս 'ի քնութենէդ անուանել,
ընդ նմին և յերկուցդ ասելոյ. և ոչ գիտես թէ մարդ
մին ասելով յերկոսին 'ի ներքս ըմբռնիս յորոց փախ-
չիս: Ընդ վնասիս, որովք բարեպաշտելդ կարծես,
հակառակ ընդդէմ քեզ եղիս: Ո՞ մարմինն՝ մարմին

1 S. Greg. Illum. apud Agath. pag. 156.

2 In Epist. ad Procl. apud Labbé Tom. III. pag. 1250.

Deum hominem esse, et hominem Deum esse) sed, ut saepius dixi, propter ineffabilem Verbi cum suo corpore unionem. Sicut etiam sanctus Gregorius[1] dicit: « Unitus est carni physice, et miscuit carnem cum » suâ Divinitate ». Ecce secundum ineffabilem incomprehensibilemque mixtionem et unionem audemus dicere unam esse naturam Christi, minime vero ob aliam quamlibet rationem. Hoc dicit etiam Beatissimus Julius Romae Pontifex[2]: « Qui corpus crea» tum per unionem cum Deo increato divinum dicit » et adorat, atque utrumque sicut unum Deum increa» tum, beatus erit ». Ad utramque partem aeque spectat istud beatitudinis verbum, duplicem confitendo secundum naturas, et unum secundum unionem. Nec unam dicentes, naturarum arroganter obturare nitimur fontes, neque utramque asserentes, cogitamus unionis scindere tunicam; sed pie unum alterumque adire scientes, in unitate noscemus naturas, et a naturis ipsis ad unionem ascendemus. Quemadmodum ait admirabilis Johannes Constantinopolitanus: « U» nionem confiteor, nec vero destructionem quamdam » aut dissolutionem hujus naturae in illam, vel illius in » istam; sed unitum, unum factum. « Unum ergo factum, ut jam dixi, secundum unionem esse dicit visibile et invisibile, non autem ratione consubstantialitatis: quomodo enim esse possunt, quod non erant?

Sed tamen hoc quoque audimus a vobis dici »: Unam dico naturam, divinam ipsam veram suam naturam, quam ex Patre habebat; quoniam nulla creaturarum dicitur natura, quum Creatrix illa dumtaxat sit natura; carnem vero carnem dicimus Christi, non autem naturam Christi ». Effugis *Naturae* nomen, atque unâ simul *duarum* vocabulum: [3] nescis tamen, quod *Carnem* dicendo, in utrisque, quas effugis, circumductus comprehenderis. Eadem ergo, quibus pietatem colere putas, adversus te opponam. Car-

3 En fragmentum aureis litteris exarandum, quod fuse citat etiam Gregorius Patriarcha cognomento Degà; ut notavimus in Praefatione.

Յանկին ասելով, և զԱմէն ասացեալ մարմին առնել, զի՛նչ այլ ինչ թուիցիս ասել, եթէ ոչ կրկին։ Այլ զարձեալ զԱմէն՝ ի չօրեք ասելով, զչօրն ասացս նման զքնութէ. իսկ զմարմինն՝ ի մարդկանէ ասելով զայլ առնել ասաս նման քնութէն, եթէ ոչ զմարդկան։ Այսց կարծեմ թէ կամիք և ոչ մարմին Քրիստոս ասել. զի թէ զմարմինն ձշմարտութիւն խոստովանիք առնել Քրիստոս, և զայն՝ ի մարդկանէ և մարդկային, զնոյն և քնութիւն մարդկային ոչ արգելք խղճիւք ասել։ Քանզի նոյն է մարմին մարդկային առնել Քրիստոս, և քնութէ մարդկային. և զի Քրիստոս առանց միաւորութեան ոչ ասի Քրիստոս, այլ՝ ած Յանուն Հրպիս սքէն Յասիղիոս ասէ. “Օ՛ի թէ ասիցէ ոք զմարմինն քնութէն Յանկին, և զԱմէն քնութէն մարդկոյն, ամպարշտութիւն լի է այս պէս ասացեալքն”։

Իսկ եթէ զմի և զնոյն Քրիստոս խոստովանեալ ցիս ասել քնութէից, այսինքն ած՝ և մարդկային, քնիչն զարհուրիս և զայրանաս, և այլանգամ և հայհոյէչ շարադրութիւք զբարեպաշտաց պղտորես զլսելիս։ Քանզի ասես, որ՝ ի չօրեք գոյացեալ անձին էր, նոյն անձնաւորեալ՝ ի տուրք կուսէն. և որ՝ ի չօրեք քնութէին էր, նոյն քնաւորեալ Հղև յարգանդի կուսին։ Այս ասկայն գոհութիւն ած, որ յայտնէ ըզխորս խաւարի, և հանէ՝ ի լոյս զտառուերս մնհու. զի թէպէտ և շատ ջանացար կուբացուիդ խնն արահետութիւք ծածկել և թագուցանել զՔրիստոս՝ ի քեզ զգաստութեդ մտաղ, այժմ յայծայնոյն բանադատեալ յանկնարկութէդ տեսչութենն՝ ի վէրս բղխեցեր։ Կարդ գիտիդ անձնաւորեցաւ՝ ի կուսէն անձն Քրիստոս. թողլիմ զիւր գոյութէին՝ յայլմէ գտաւ գոյութէ, որպէս Պանդորոսն ասէ, եթէ չիւրաքանչիւր ինալով զերկուաքնեան միայն զձևն գինքեամբ արկաւ, առ աչօք և ձեռ հեռի ցուցեալ զմերն՝ ի կուսէ, որպէս Քրիստոս ած՝ և մարդ եղեալ, այլ առաքեալ՝ ի պատկեր և՝ ի ձև մարդոյ եղեալ, այլ

nem dicendo carnem Verbi, et Verbum asserendo carnem habere, quid aliud dicere putas, nisi duplicem? Item Verbum dicendo ex Patre, Patris naturam illi concedis ; carnem vero ex hominibus asserendo, cujus naturam eum dicis habere, nisi hominum? Sed, ut mihi videtur, ne carnem quidem Christi dicere vultis. Nam si carnem reapse habere Christum confiteremini, eamque ex hominibus atque humanam; haud sane detrectaretis eamdem quoque naturam dicere humanam. Idem namque est Christum humanam Carnem habere, ac humanam naturam ; quum Christus praeter unionem non dicatur Jesus Christus, sed Verbum divinum. Sicut sanctus Basilius dicit: « Si quis carnem dixerit esse ipsam Verbi na» turam, et Verbum naturam carnis, impietatis plena » hujusmodi dicta sunt ».

Sin autem unum et eumdem Christum ex duabus naturis confitearis esse dicendum, ex divinâ scilicet et humanâ, quare abhorres aegreque fers; et mirâ blasphemâque verborum constructione aures piorum deturbas? Dicis enim: « Quae ex Patre existens erat, anima, eadem animata fuit ex sanctâ Virgine; et quae ex Patre natura erat, eadem nata fuit ex utero Virginis ». Gratias tamen Deo, *qui revelat profunda de tenebris, et producit in lucem umbras mortis*. [1] Quamvis enim multum studuisti per caeci cujusdam vestigii vias operire atque occultare coacervatas in te amaras biles, nunc demum divinae providentiae nutu illas coactus evomuisti. Quaeso itaque, quomodo animata fuit in Virgine anima Filii? Num depositâ suâ existentiâ, in aliâ existentiâ inventa est, ut Panodorus dicit? aut in suâ permanens, phantasticam tantummodo formam superinduta est, oculo tenus ac figurate dumtaxat ostentans nostram ex Virgine? sicut Eutyches secundus stulte profert, dicens : « Confiteor Verbum divinum in utero Virginis efformatum, impressumque ut effigies, et in hominis figuram

[1] Job. 12. 22.

ոչ եթէ յատաբաժակեան ընուելէն ինչ յինքն խոտնեաց. քանզի անխատն է ածուելին և անյօդ ։ Եւ սանեաց, ուրպէս համաձայնք առ միմեանս գտանիք յամ պատշտուելդ. դու ասես, ի՞նչ անձին Աղուոյ անձնատուրեցաւ ի կուսին. և նա ասէ, ոչ ինչ խոտնեաց ի կուսէն յանխատն ածուելին ։

Այս եթէ ոչ գոյուէ ինչ անձնատուր զմեզ ի կուսէ ընդ ինքեան միաւորեաց Աստուած, զիմէդ ինքն զինքն մեզդ. և ուրդի մեզդ անուանեաց ։ Օ՜ խոնդ և տը զայ երևեալ խանձարրատասեցաւ, և՝ կաթնատոյծ եղանիւր, և առ կատարելութէ ի վեր ընթանայր աձմամբ հասակի, լուսո մեծին Աթանասի ուղղափառ դաւանութեամն. " Աղբան ինքն, ասէ, հրամայեաց՝ զընուելնէն կատարելով յինքն ընկալաւ. ուրբան կատեցաւն, այս է՝ ծնունդեան ի կինոջէ, աձմամն հասակի, ամաց թուոյ, աշխատութէ, ծարաւոյ և քաղցոյ, և քնոյ, և տրտմութէ, և մահու և յարութէն ։ Յաղթիկ ամենեքեան՝ նմանուիք և երևմնիք թուխ ցին քեզ եղեալքն ի վնաս, թէ չշմարտուի ։ Ապա եթէ չշմարտութիւն, որպէս և է խոկ. քանզի ամ հնար է անաւետն այ առութեամբ իւիք կեղծաւորել ի գործս իւր. զինչդ իշխես ասել զաներևոյթ և զանմատոյն անձին Աղուոյ մարմնաձևապէս անձնատնալ յաղթանդի կուսին, եթէ ոչ զկատարեալ մեր բնութէս ի կնոջէ յինքն ընկալեալ՝ ընդ ինքեան միաւորեաց Աստուած ածանալ ի չօրս ։

Այթէ այդպէս ասեմք՝ ասեն, երկուս լինիմք աստ ցեալ դէմն, և երկուս բնութէս ։ Աստձեալ փախչեմ լալ ի մտաւն երկիւղէ, ի մեծագործին անկանիմս չար ։ Այթէ յերկուց լաստ բնութէ ոչ կամիս ասել զինին, կաթի յոյժ չաթաչար լաստ բնութէ զինն գտանիս ասացեալ բնութէի ։ Այլ անմատոյն բնութէի ածայինն Աստին՝ զմարմնականն բնութէի ի կուսէն ընկալեալ, ընդ ինքեան միաւորեաց. ու է լաստ բնութեան յեր կուց՝ ածայինն և մարդկայինն. խոկ լաստ միաւորութէ մի ։ Օ՜ ի եթէ այս երկուք գերազնագոյն հաստատոյ ոտիք առ աշմարտութէին ի վեր կանգնեալ ոչ հաստատիս, առ ուր և յհնուցուս առ մինն ի նոցանէ՝ կալ

factum; non tamen aliquid ex creatâ naturâ sibi admiscuit, quia immixta incompositaque est Divinitas ». Videsne, quomodo consonantes vobismetipsis invicem inventi fuistis in impietate? Tu dicis: Ex Patre anima Filii animata fuit in Virgine; Ille vero dicit: Nihil ex Virgine immixtae suae Divinitati commiscuit.

Sin vero nullam nostram substantiam animâ praeditam ex Virgine sumens univit sibi Verbum, qua ratione se ipsum Hominem et Filium hominis nominavit? Quomodo etiam infans visum fasciis involutum fuit, lacteque nutritum, atque ad perfectionem progressu aetatis pervenit, juxta orthodoxam magni Athanasii professionem? « Quantum ipse jussit, inquit, naturae opera perficiens, sibi conciliavit, quantum voluit; hoc est, nativitatem ex muliere, progressum aetatis, annorum denumerationem, laborem, sitim, famem, somnum, moerorem, mortem et resurrectionem. «Anne haec omnia a Christo acta similitudines atque phantasmata fuisse tibi videntur, an veritates? Si veritates, ut sunt reapse, quoniam impossibile est veracem Deum aliquod mendacium simulari in factis suis, quomodo audes dicere invisibilem et incorporalem Filii personam in figurâ corporis subsistere in utero Virginis, nisi perfectam nostram naturam ex muliere assumens, secum univerit Verbum divinum a Patre missum?

« Si ita dicimus, inquiunt, dicamus oportet quoque duas personas, duasque naturas ». Iterum effugiens inanem metum, in pejus incidis malum. Si ex duobus secundum naturam non vis dicere unum, pessime quidem secundum naturam inveneris unam dixisse naturam; sed incorporea Verbi divini natura corporalem accipiens ex Virgine naturam, secum univit; quod est secundum naturam ex duobus, divina videlicet natura et humana; secundum vero unionem una. Nisi enim hisce duobus pulcherrimis fidei pedibus directius te ad veritatem firmum reddideris; cuivis uni istorum inhaereas, claudicabis in confessione verita-

գտանիս առ խոստովանութիւն ձշմարտութեան. այլ կատարեալ՝ ըստ երկաքանչիւրոցն դիտելով զերկուսեան, ըստ միաւորութեանն մի կատարեալ, մի դէմ, և մի էութիւն ի սոյ խոստովանելով. որպէս ասէ Ասխլիոս ասէ. "Հրկուց գոյացուածոց կատարեցելոց միաւորութիւն,,:

Իբրու որ դու հակառակաբար ընդդէմ յարուցեալ գրեցեր՝ի քումմ շարագրածութիւնն անդ, և ասես. որ՝ի Հօրէ բնութիւնն է՝ նոյն բնաւորեալ է՝ի Որդի կուսէն: Ինչ՝ի Հօրէ բնութիւն էր, զինչ այլ ինչ բնութիւ յարգանդի կուսին գոյանայր: Ո՛ մինաւ ածէ, յորքանեակ չարաչար հայհոյութեանց պատոյտս ընկղմիս՝ զայդ այդպէս ասելովդ: Իսկ հարցն՝ի Լիկիա ժողովեալքն ասացին՝ զնոյն բնութիւն Հօր վասն մերոյ փրկութեանն ծնաւ մարդացեալ՝ի Յարիամայ՝ոչ այլ կուսէն Հոգւով որդով: Իսկ ասա՝ի շար արկեալ թուխն զկատարելոյն բնութեանս մերոյ. հոգի, մարմին, և միտս. և նովին մարմնով համբարձեալ յերկինս. և նովին մարմնով գալոց է աստուին: Իսկ դու ասես. որ՝ի Հօրէ բնութիւն՝ բնաւորեցաւ յարգանդի կուսին. և յայլագոյն այնր ասի մի բնութիւն: Իթէ յարգանդի կուսէն բնաւորեցաւ, ապա՝ի Հօրէ ոչ էր բնաւորեալ: Իսկ ձեալ՝ թէ յարգանդի կուսին սկիզբն էառ լինել մի բնութիւն ընդ Հօր, ապա նախ քան զծնանալն յարգանդ կուսին՝ օտար գոյր բնութիւն Հօր: Իսկ զայդ այդպէս զաւեղակատելովդ՝ Իլիոսի եղեալ գտանիս չարաչաշտութեանդ զուգաձայն:

Իսարձեալ՝ զմի բնութիւնդ. ապաքէն ընդդէմ երկուս բնութիւնս ասողացդ ասես գոլ. և որ երկուսեան ասէ բնութիւնս, զնծայելոյնն ասէ և զմարդկայինն. գու զմիմ ոք՝ի ներգանէ ասես՝ զմիդ ասելով, կամ ըստ որումէ իրզանակի: Իմդ այսպէս շամբուշ խորհրդով բանդագուշես, և ոչ գիտես գտանել զշաւիղսն ոյ զդիւրինս. զի Իանմն ոճ՝ գոյութիւն հանգերձ մարդկայինն բնութիւնք ընկալեալ յանսպառ արգանդն կուսին՝ ընդ ինքեան միաւորեաց անճառապէս գոյութիւնք և բնութիւնք, ոչ գոյատևողագոյն գոյացեալն. քանզի "Ո՛ գոյութիւնք մնային՝ միաւորութիւնք բանին ծանեայ,, առաց ասէ՝ի սրբոցն. և այսպէս ասի մի դէմ, և մի բնութիւնք Իանմն մարմնացելոյ: Իէ ըստ ինքեան ասի մի

tis ; sed rectus eris duobus observatis relate ad utramque naturam, et quoad unionem unum perfectum, unam personam, atque unicum Dei Filium confitendo; sicut sanctus Basilius dicit: «Duarum substantiarum perfectarum unio».

Tu autem hisce e regione oppositus scripsisti in tuis tractatibus, dicens: « Quae ex Patre natura est, eadem nata fuit ex sanctâ Virgine ». Quum ex Patre natura esset, quae alia natura formabatur in utero Virginis? Attende, in quot pessimarum blasphemiarum gurgites demergaris haec ita asserens. Sancti Patres Niceae congregati dixerunt, Consubstantialem Patri propter nostram salutem natum atque incarnatum fuisse ex sanctâ Virgine Mariâ per Spiritum Sanctum; ac deinceps serie ducta dinumerant nostrae naturae perfectionem, Animam, Corpus, et Mentem; et eâdem carne ad caelos ascensum, atque eâdem carne venturum dixerunt. Tu autem dicis, naturam, quae ex Patre erat, natam fuisse in utero Virginis, ideoque unam esse dicendam. Si in utero Virginis nata fuit, ergo non est ex Patre nata. Item, si ex utero Virginis initium duxit, ut esset una natura cum Patre; ergo antequam humiliatus esset in uterum Virginis, alienus fuit a Patris naturâ. Idque hoc pacto blaterando, Arii te declaras pessimae doctrinae esse concordem.

Praeterea unam esse naturam equidem dicis contra duas naturas asserentes; qui autem duas dicit naturas, divinam dicit atque humanam: tu quamnam earum asseris, quum dicis unam, quove sensu? Sic profecto delirâ opinatione nugaris, et nescis invenire semitas Dei faciles; quia Verbum divinum substantiam simul ac naturam humanam, haud sane prius existentem, accipiens ex immaculato Virginis utero, suae ineffabiliter univit substantiae ac naturae. « Carnis namque existentiam novi in unione Verbi»; dixit Sanctorum quidam: hocque pacto dicitur una persona, unaque natura Verbi Incarnati. Non per se dicitur una natura ac personalitas; hoc enim ab ipso Pa-

ընուի և առանձնաւորութեի. քանզի զայս ի Հօրէ
խակ անմիջականակարար յիմաքանն բերէր Յանն ած.
այլ ըստ անձառ անօրինութեին ի կուսէն։ Պետիկ
ոչխն Յասիլեոս ասէ. "Ընտեալն ի Յարիամայ էուին
ի նորա ընութենէն՝ ոչ էր ած ընաբար, այլ միաւորու-
թե անօրինութեին. վասն զի որ ի ընուեի Հօր էր
ած՝ Յանն, ի ընուե Յարիամայ էառ զպատկեր ծա-
ռայի, և պտուղ որովայնի նորա գառաւ եղեալ,,։ Ընդ
զայս նա։ Ցայս ուրեմն ոչ ընութենէն ածայրն ընաւո-
րեցաւ յարգանդի կուսին, որպէս գոյ դանգաչէս.
այլ ածն Յան ի Հօրէ՝ զմարդկայինս զգեցաւ ընուե
ի կնոջէ։ Պետիկ և մեծն Թանասա ասէ. "Ի ան
զի ընուե մարդութեա էր՝ որ ծնանելոցն էր, վասն
այնորիկ և չարչարեալ գիտա նշանակե,,։ Ցայտնի
հայրն։

Ցայց գու թէ ասիցես՝ մարդ եղեալ Հմնարտապէս
ի մարդկանէ զՅանն ոչ ի Հօրէ, ընդէր զանգիտես
զմարդկայինն ի վերա դաւանել ընուե. և ազամեզիս
ի բանս քո, և յայլմէ տա այլ վազեալ անցանես առ
բաստարտ մնածուեին։ Ընդհանիս յերկուց ասել բը-
նութեց. երկիւղ մեծ գոյ, եթէ ոչ արժանապէս և
զինն ասել վերի ընուե։ Խակ եթէ խրատապէս և բա
ընպաշտաբար զերկոսինն լսես, ոչ ինչ է արգել զինն
ասելով յիշել և զատ ի յերկուցն. և դարձեալ՝ ոչ
մոռանալով զյերկուցն, խոստովանիլ և զինն։ Ո՛չ ի և
ոչ հաղորդ՝ բարեփառութե հիմնացեալ հաւատով,
անեղական և անտարակարծ խոհականութեամբ՝ զինն
անվթարելի զերկոսինն զտուա ընդ ինքեան բարձեալ
բերէին ըստ պիտոյիցն իրակութե, զմի մի ոք ի տա-
ցանէ շարժեալ շոգացուցանէին ընդդէմ թշնամեաց
Հմնարտութե։ Ցո ապետիկ՝ ոտք ըստ Հաւատքեայ,
և կամ ի Հաղթանակեայ չարապէս զինն իմացեալ ասէին,
երկակի աստացուածով զբանիցն իւրեանց յօրինէին
զառաջարկութե. քանզի իւրաքանչիւր ոք տգէ տա
միմեանս բարեփառապատնինն առաջնորդեացն մնաց։
"Ի պետոյ անտի ծառն չանաչի,,, և յարմատոյ անտի
տաի ծաղիկն։ Ցարգանեա զծագկէն, արմատոյն ա-

tre ante tempora in se habebat Verbum divinum, sed juxta ineffabilem ex Virgine dispensationem. Sicut sanctus Basilius dixit: « Nata ex Mariâ essentia, quae » erat ex ejus naturâ, non erat Deus naturaliter, sed » per unionem dispensationis; nam Verbum quod ex » naturâ Patris erat Deus, ex naturâ Mariae accepit » formam servi, et factus est fructus ventris ejus ». Haec ille. Ergo non natura Divina nata est in utero Virginis, ut tu hallucinaris, sed Verbum divinum, quod erat ex Patre, humanam induit naturam ex muliere. Quemadmodum et magnus Athanasius dicit: « Quoniam natura humanitatis nostrae erat illa, quae » nascitura erat *(ex Virgine)*, ideo etiam eam passioni » subjectam designat ». Sic ille Pater.

Sin vero tu concedis Verbum, quod erat ex Patre, hominem revera ex hominibus factum; cur metuis humanam in Christo profiteri naturam? atque titubas in dictis tuis, et ex unâ in alteram saltu transfereris frivolam cogitationem? Anne times duas dicere naturas? magis timendum est, si recte unam quoque Christi naturam non dixeris. Sin vero aeque ac religiose utrumque audis; nihil obstat, quominus quum unam dicis, memineris illius quoque ex duabus; et rursus non oblitus duarum, unam etiam confitearis. Quoniam sancti Patres quoque in orthodoxâ fide fundati, per securam et insuspectam prudentiam, veluti arma inexpugnabilia, unum et alterum secum gerebant, prout rerum opportunitas postulabat, hoc vel illud moventes vibrantesque adversus inimicos veritatis. Contra eos, qui juxta Eutychem, aut Julianum male sentientes *unam* dicebant, *duplicem* asserentes argumentum sermonum suorum construebant; singula enim istorum vicissim ad orthodoxos adducunt sensus.

Ex fructu suo arbor *cognoscitur*, [1] et ex ipsâ radice flos nominatur; si de flore quaeris, radicis nomine

1 Luc. 6. 44.

հուսամք նշանակեացի. եթէ անուանին ի միջոյ բարձցի, ապա և նմանք. և շարաբարձումն անուանին և բանիւ բարձեալ ընդ նմին և գնա՝ զորմէ ասեմն. և հարկ է կամ առումբ՝ և կամ այլոյ ասել զոյացումբ գիրն։ Այլ գիտէդ մարդ, և որդի մարդոյ, և անդրանիկ ի մէջ եղբարց բազմաց. և ամենայնիւ նմանն մեզ՝ բաց ի մեղաց։ Այսմիս ծանօթանալ պարտին, զորիւք այսոքիւք անստերիւրօղ խորհրդով առ հմտութիւն իրին վերադգեալ ածցիս. անուանմբ արմատոյն, առումբ գունոյն, ի բուրմանէ անտի հոտոյն, և համոյն ձայ շակաւորութիւն։ Աստ նմին օրինակի և առ փրկչական մարմինն վերաթեւեալ համբարձցիս. դաւանելով գնա առեալին անուամբ՝ մարդ։ Յա՛յտ ասելով՝ ի առումբ եանէ անտի. «Ո՛ օշափեցէք գիս և տեսէք, զի ոգի մարմին և ոսկերս ոչ ունի, որպէս գիս տեսանէք՝ զի առնիմ»։ Ի մարդկայինն կրիցն. «Ահով ինքն չարչարեցաւ՝ զիւրմ առեալ՝ կարօղ է և փորձանաւարացն օգնական լինել»։ Ի միհուանէ նորա վասն մեր. «Ի՛ր մեռաւ վասն մեր ըստ գրոց»։

Ապա ուրեմն՝ թէ և միութիւն ոչ զգաստացար, առ այլոմն մի ըստ միոյէ ընթացեալ հարցջիր. և հաւատնեցուսցին զքեզ համագոյ և համաբուն ասել զտէրունական մարմինն մարդկայինս գնութեամբ. զի այսպէս յերկուց գնութեանց խոստովանելով նշանակեացիս գնա մարդ միանգամայն և աստ։ Այսպէս ըստ գնութեան գնա առացեալ՝ որպէս և ասէքդ իսկ, բացարձակ առնուամբն եւթէ նշանակեալ լինի. գիմարդ կատարեցաւ մարդ գնա եղեալ ասել՝ և մեռանել, և միհուամբն զանմահութեան ի մեզ աղբիւրացուցանել ջնորհ։ Այսորիկ ազագաւ՝ անպատկառացոյցք զեզ հարքն եղբ կուց գնութեց Աստի աստնոյն և մարդկայնոյն լինելոք. Ասնութիւք երկաւ ասելով, վասն զի աստ և մարդ, և եթէ՝ ի միասին եկիմ գնութիւքն, և եթէ՝ չաւասա տի գերկոսին ունէր գքնութիւն Աստ. և եթէ՝ Արկիմ էր Աստ. մարդ էր՝ որ երևէր, և աստ էր՝ որ ոչն երևէր.

1 Rom. 8. 29. atque Hebr. 2. 17.
2 Luc. 24. 39.
3 Hebr. 2. 18.
4 1. Cor. 15. 3.

notabitur. Si nomen de medio auferatur, auferatur verbum quoque; ablatio autem tam nominis quam verbi auferet unà simul subjectum, de quo loquitur; sic necesse esset aut falsam, aut alienae substantiae dicere rem ipsam. Quomodo autem *Homo, et Filius Hominis* est, et *Primogenitus inter multos fratres*, atque *omnino similis nobis absque peccato* [1]? Visne fructùs habere notitiam? per haec quatuor proculdubio assequeris rei cognitionem: per nomen radicis, per visum coloris, per olfactum odoris, et per gustum saporis. Eodem modo etiam ad Salvatoris Carnem advolans elevaberis; per formae nomen, confitendo eum *hominem* Christum Jesum appellatum; per visum: *Palpate me, et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere* [2]; per humanas passiones: *In quo enim passus est ipse et tentatus, potens est et eis, qui tentantur auxiliari* [3]; per mortem ejus propter nos: *Christus mortuus est propter nos secundum Scripturas* [4].

Itaque si per unum non sapis, ad reliqua singillatim curreus investigabis; tibique suadebunt corpus dominicum consubstantiale atque homogeneum dicere nostrae humanae naturae; sic enim confesso eo ex duabus naturis, notabis eum hominem simul ac Deum. Quum vero dicitur Unus secundum naturam, ut reipsa dicitis, absoluto nomine tantum notatur; tunc quomodo poteris dicere Hominem eum factum fuisse, mortuum, atque per suam mortem immortalitatis gratiam, fontis instar, nobis effudisse? Quapropter sine rubore sancti Patres duas in Christo exposuerunt naturas, Divinam inquam, et Humanam; dicentes: «Duae naturae, quoniam Deus est, et « Homo [5] ». Rursus: «Simul convenerunt Naturae [6] ». Item: «Duas constanter habebat Christus naturas ». Et rursus:[7] « Duplex est Christus, homo erat qui aspi-

5 Greg. Naz. ad Cled. 1.
6 In. Serm. xxxi.
7 Cyril. Jerosol. Cateches. 4.

և որ այլ ինչ սոյնպիսիք յայլոցն առացեալ եղիցին։ Այլ եթէ զերկուցն առելով հրաժարիցին առնել զմին, և կամ եթէ զսորին հակառակին՝ զմին խոստովանելով յամառիցին յերկուցն զալ խոստովանութեան. այլ հաւատակարաւոր երկոքեանցդ այսոքիւք բարեփառեաւք զամպարօք փայլեալք պայծառանայցին, երկուս ըստ բնութեանն, և մի ըստ միաւորութեանն զԱՒՏ քարոզելով. ընդ ձեռն որոյ ցուցեալ լինիցէր Այքառուծոյն Խանի բնութեանն երեղանութիւն, և՛ ի Հօրէ. իսկ մարմնոյ նորին գոյացութիւնն՝ ի կուսէ, և արարածականն. առելով «Այլ զաւազապատիւս առեմ զաւետարանչացն ձայնս, և ոչ՝ ի նոցունց արժանաւորութենէնէ առացեալս. այլ՝ ոմն զգարձուածն ածութեամբն, և ոմն առ նըմ աստուածութիւն մարդկութեանս զիջանելոյն նշանակեն ո. և թէ՝ «Յարչարեալն մարմնով, և անչարչարելի ածութեամբն ո։ Այս հասարակ սա՝ որ այժմ անչարչարելի առացյ ածուքեն, յայլեսս առեալ մեկնաձայնի՝ «Ի՞նչ չարչարեաւ ո։ Ի՞նդ՝ որպէս զսուտս խնամոցաք. մինչ մարմնոյնի ինքն ընդ իւր վարդապետս. քանւ լինի. այլ զառաջինն ըստ բնութեանն տրամարդանէ, իսկ զերկրորդն՝ ըստ միաւորութեանն բանի։ Այլ յորժամ ըստ միաւորութեանն ասէ՝ ուրանայ զՀաւատակականն, և ոչ զարձեալ ըստ հաւատակականացն ինչ առացեալ բանն՝ զմիութենէն երկուս բաժանէ միութենէնս. այլ երկուսին անչարչարապարտականն կամաք բարեպաշտեալ մարձնոյ. զչարչարելին ըստ հաւատակականին՝ անչարչարելի՛ ի միաւորութենէն խոստովանելով. և զանչարչարելին ըստ գոյացութեանէ բազմանչարչարելի ըստ միաւորութեանէ։

Նմանակի սմա և այլք զհարցն զիւրեանցն արձակ նացուցին խոստովանականս բանս։ Յորժամ ըստ բնութենէ ինչ բարբառել հաւանիցէր, համարձակապէս զերկ կաքանչիւրոցն յիշէին զՀաւատակականսն. ոչ առ՛ի բաժանել զմին Այդի երկուս որպիս, կամ երկուս դէմս, այլ միասին յորոց էին՝ ազգեալ նշանակէին, առելով՝ զգին Խարազի. «Ի առաւակեաց յուղևորութենն՝

1 Greg. Nyss. in Orat. Synod. Constantinop. habitâ.

2 Greg. Nazianz. in Ep. 1. ad Cledon.

«ciebatur, Deus autem qui non aspiciebatur ». Aliaque hujusmodi ab aliis prolata. Neque duas dicentes, unam renuebant dicere; vel ex adverso unam confitentes, duarum non detrectabant adire confessionem; sed libere per has ambas orthodoxiae faces illuminati splendebant; duplicem ob naturam, et unum propter unionem praedicantes Christum; quo demonstrabatur tam Verbi divini natura increata ex Patre, quam carnis ejus substantia ex Virgine, et creata. Sic enim proferunt: [1] « Non uniformes dico Evangelistarum voces, neque ex ipsorum auctoritate dictas; sed »unus excellentiam divinitatis, alter descensum ad ima »nostrae humanitatis designat ». Et rursus: « Passibilis carne, divinitate impassibilis» [2]. Et profecto is, qui nunc impassibilem eum dixit divinitate, alibi exclamans dicit Deum passibilem [3]. Quomodo ergo haec sunt intelligenda? num secum pugnat sanctus Doctor? Absit: sed primum relate ad naturam loquitur, secundum vero ratione unionis. Nec quum secundum unionem disserit, negat communia; neque rursus juxta communia dicens aliquid, unitatem in duas dividit unitates; sed ad utrumque sincerâ voluntate accedit religiose; passibilem secundum communem naturam, impassibilem confessus in unione; et impassibilem secundum substantiam, magis magisque passibilem secundum unionem.

Huic consonas caeteri quoque sancti Patres suas declaraverunt confessiones. Quando secundum naturam aliquid eis occurrebat proferre, expedite utrisque naturis communia commemorabant: non ut unum Filium in duos dividerent Filios, aut in duas personas; sed solummodo ex quibus essent, innuebant. Dicit namque sanctus Basilius: [4] « Defatigatus

3 Serm. XXXVI.
4 D. Basil. Serm. de Gratiarum actione Tom. II. pag. 29.

մարմնոյն և ջղացն յուղեզնացուածքին յաւէտ ձգձգելոց. ոչ ասծուձին աշխատուածք առաժանեալ, այլ մարմնոյն որ ի բնուածին յարմարագոյն էր՝ զպատահումնն ընկալեալ»։ Այս որ այժմ ըստ մարմնոյն բնուածեան զայս այսպէս մակձայիկ, այլուր ըստ միաւորուածեան առ Յանուն ասծ զայսոսիկ վերադարձ՝ ասելով։ «Այս զքաղուածն մարմնոյն և զգեստ նորա ասեմ Յանուին. ոչ բնաւածք ասծուածնն, այլ միաւորուածեամբ անօրինուածնն. սոքապէս զձայնս զանձնականս, և զարտբերականս զանձնականս, զտրտմուածնն և զզուխան, այլ Յանուին ասեմ, ոչ բնաւածք ասծուածնն, այլ միաւորուածք անօրինուածնն»։

Այս այսպէս երկոքումբք այսոքիւք ուղղապաշտօնեք շաւղաք առ խորհուրդ. մարմնաւորուածք Յանուին վերադրեալ դիտացեալք ազգ հարցն՝ համարձակելին և զբնուածեցս արժանաւոր բարբառել բանս, և զմիաւորուածք անօրինուածեամն պատշաճագոյնս, ասելով. «Վաղճեաւ ըստ մարմնոյն, ծարաւեցաւ, վաստակեաց, ննջեաց. և այնուհետ ոչ երեք զասծուածինն ինչ ընդհանմանեաց, այլ վասն զմարմնոյն բնուածեն ճշմարտուածք յայտ առնելոյ»։ Այս երեք՝ «Ընդվիշտ և անմահ ես Յանուն որ յայ Հօրէ. յաղագս այնր ի բարեացոյց իւր մարմնին՝ որ վիշտանալն կարէ»։ Այս երեք «Ընդ իւրաւ ասծուածնն միացոյց զբնուածին մեր, և զանձնայն ըստ բնուածեն մարդկուածեան մերոյ առնէ և կատարէ միածին Որդին Աստուծոյ. այլ ըստ ասծուածեն բնուածեն անապատ և անկարօտ, և լցուցիչ և կատարիչ ամենայն արարածոց»։

Ընդ այսպէս բազմերջանիկ հարանցն անորոշաբար յիշել՝ի վերայ միոյ Յանի, ոչ առ՝ի բաժանել զմին Յանէ յերկուս դէմս, կամ յերկուս որդիս. քաւ լիցի. այլ զառաւելագոյն աստուածեան զամբուածեն առ ճշմարտաբանեն հաւատոյն անառարկել կամեցեալք. միանգամայնեն և զչարաչափառացն տապալեալ արկանելով խուսափ. որք ընդ ձեռն սին առելոյն Յանի բնուէն, ուրանայիցն զանապատ նորա մարդկուածեանն խորհուրդ։ Ո՞վ վեր-

1 Textus est Severiani Gabaliensis, vel Eusebii Emisseni, itetandus.

»est ex itinere facto, carne et nervis ob itinerationem »plus aequo distentis; non succumbente labori divini»tate;sed corpore,quae naturae ipsius obveniunt, in se »suscipiente». Qui vero nunc secundum carnis naturam haec ita profert, aliâs secundum unionem Verbo divino haec tribuit, dicens: « Ego sepulturam carnis, »et operimentum ipsius Verbi esse dico; non per na»turam divinitatis, sed per unionem dispensationis : »similiter voces proprias, passionesque peculiares, »moerorem et timorem Verbo divino esse dico, non »per naturam divinitatis, sed per unionem dispensa»tionis ».

Sic porro per duplices istas orthodoxas semitas ad mysterium Incarnationis Verbi ascendere scientes sancti Patres, audebant quoque condigna naturis verba proferre, et unioni dispensationis convenientia, dicentes: [1] « Esurivit secundum carnem, sitivit, de»fatigatus est, dormivit; quo non Divinitati honorem »detraxit umquam, sed ut carnis naturam vere decla»raret. « Item: [2] » Impassibile et immortale est Ver»bum, quod ex Deo Patre; quamobrem appropriavit »sibi carnem passioni subjectam ». Et rursus: « Cum »suâ divinitate univit naturam nostram, atque omnia »juxta naturam humanitatis nostrae facit et perficit »Unigenitus Dei Filius;sed secundum Divinitatis na»turam inconcussus est, nihili indigens,implens atque »perficiens omnes creaturas ».

Sic itaque beatissimi Patres unius Christi memoriam indiscriminatim faciunt, non ut dividant unum Christum in duas personas, aut in duos Filios, quod absit; sed ut potiorem exhinc constantiam veritati fidei conciliare queant, unâque simul ut cacodoxorum sternant phalanges, qui unam Christi naturam esse dicentes, verum illius negant Incarnationis mysterium: posteriorem videlicet Eutychetem [3], qui

2 Cyrill. Alex. Apolog. 10.

3 Eu iterum duos Eutychetes distinguit ut supra in adn. num. 1. pag. 114. notavimus.

ջինն Յ֊ետևքէս որ ոչ համապատկան կուգին դժոխա֊ բանեք զմարմինն Ի֊ուի, և մի քնուքեն ։ Օ առաջինն Յ֊ետևքէս, որ յերկինից և անստացական ասեր զմար֊ մինն Ի֊ուի, և մի քնուքեն. զ|| աղեխտխանոս և զ||ա֊ նի, որ կարծեաւք աստացին զերևուսին Ի֊ուի, և մի քը֊ նուքեն. զ||ոլինար և զ||ոփրոնիոս և զ||ուղիանէ, որ կիսապաժ և ոչ կատարեալ զմերս աստացին քնուքեն առեալ բանին ի կուսէն, և մի քնուքեն. զ||նոմիոս և զ||էրիոս, որ զաներևևելի սրատածէ ընդ երևևելի ս֊ րատածոյ շարակարգեալ աստց զ||ամն ընդ մարմնոյն, և մի քնուքեսն ։

||է հեռի ի ոտցանէ և զքոյդ կարծեմ ասել մի քը֊ նուքեն. որ առ վտանգի խոշտանգանաց՝ մարմնանալ ասես ձեր ||ամին. և յորմէ իցէ մարմինն, զայն ուրա֊ նաս ։ ( )րինակ իմն, որք զԹագաւորական գահոյսն պատուոյ արժանի վարկանին լինել. և յորմէ գա֊ հոյքն գերեզկակերտեցան՝ զինուքն խլքև զանարգ֊ ինչ անգոմանալ ի բաց մղեն. ոչ գիտելով Թէ յայն֊ ժամ պատուական երևի իրն, յորժամ առ հոմանա֊ սանն իւր առասցի. զի Թէ այնմիկ ոչ առասցի՝ յորմէ առեալն երևի, ոչ ծանիցի առաւելուքինն՝ որում Թ֊ հասն փառաց, և դարձեալ Թէ ի նորին վերայ էա֊ Թեն ոչ հասցէ փառացն մեծուքեն, ոչ ասի փառաւո֊ րեալ, այլ փոփոխեալ. քանզի այլ առ այլ ասի փառ֊ քըն և փառաւորեսլ, և ոչ առ նոյն ։

Ի֊ընդ կամ ևիկ խոստովանեցա յաստուածացելոյն զքեզ մի ոք գոլ ի չարապաշտից. և ծանիցուք որ յոյժ֊ ից ես մարդատեաց՝ զլանալով զայս մարդասիրու֊ Թիեն. վասն զի նա առնելով յինքն մեծարեաց զքնու֊ Թեա, և դու ոչ խոստովանելովդ վատԹարես ։ Օ քի և ապա ընդ քեզ հարատաստակեա մեքառեացուք, որ ախտաժետ հեԹանոսապատ առ ի մէնջ մերկաս֊ նալ. և այն զի հրամանն ընկալալք՝ զհեԹանոսացն ոչ կոխել Հանապարհ, և ի քաղաքս Սամարացւոց ոչ

1 Sophronium istum, incogni- tum ferme apud caeteros Scri- ptores, memorat etiam Photius in suâ Bibliothecâ pag. 887. Edi-

consubstantialem Virgini Christi carnem non esse effutiebat ore infernali, adeoque *unam* asserebat *naturam*: primum Eutychetem, qui de caelo esse et increatam dicebat Christi carnem, ideoque *unam* habere *naturam:* Valentinum, et Manetem, qui phantasticam dixerunt esse Christi formam, *unamque* illi asseruerunt *naturam*: Apollinarem, Sophronium [1], et Julianum, qui dimidiam, non vero perfectam nostram dixerunt Verbum accepisse naturam ex Virgine, et ideo *unam naturam* habere: Eunomium et Arium, qui dixerunt Verbum carni esse conjunctum, tamquam invisibilem creaturam cum visibili creaturâ, proindeque *unam naturam* dicebant.

Non procul ab istis censeo tuum quoque unius asserendae Naturae modum; qui ob punitionis metum asseris Verbum Dei incarnatum fuisse; unde vero sit illius caro, negas. Exempli gratiâ, qui thronum regium in pretio habendum esse existimant, materiam vero unde thronus ille decore constructus fuit, sicut quidpiam vile contemnentes rejiciunt; nesciunt hi quod tunc res honoratur, quando asseratur de homogeneo sibi; sin autem de eo dicatur, unde sumpta fuit, minime innotescet consecutae gloriae amplitudo. Adde, quod nisi super illius essentiam advenerit gloriae magnitudo, non dicitur glorificata, sed permutata; de diverso namque dicitur gloria, et glorificatio, non vero de eodem.

Itaque veni, et vel invitus confitere te unum esse ex recensitis cacodoxis; tunc noscemus, quod penitus sis misanthropus, negans Deo erga homines charitatem; quum ille assumptâ sibi nostrâ naturâ eam honoraverit, tu autem nolens id confiteri, pessumdaris. Quid ergo amplius tecum fraterno more congrediemur, cui placet ethnice a nobis disjungi? quinimmo mandatum accepimus [2] *ne in viam Gentium abeamus, neque in Samaritanorum civitates introeamus.* Si

tionis Rothomagensis.

2 Matth. 10. 5.

մտանել : Այլ թէ ’ի չարաչար արմատոց ամառի ոչ
ևս չարագոյն ընծիւղեալ շառաւիղ, խոստովանեցիս
ընդ մեզ, մանաւանդ թէ ընդ հանրական կաթողի-
կէ եկեղեցւոյ՝ զմի և զնոյն Որդի՝ ած միանգամայն և
մարդ . զի ծանիցի անքաժանելի և անշփոթ միութիւն
մարմնացելոյն Բանին ած : Ընդէր լինիս իբրև զքուր հո-
սեալ ընդ զառ ’ի վայր՝ անդրէն ոչ կարացեալ դասա-
նալ . կամ իբրև զկարկուտ հատեալ յամպոց՝ առ հաս
լերկն հուսպ լինելով, քանզի թէ առ վերստին կապիկն
յամպս : Ընկալ առանց խարդախուե զգրեցեալսն ,
և ձշմարտեա զոր առ ’ի փրկչէն կատարեցան իրա-
գործութիւնքն : Ասա հաստատեալը լինել զքոյինդ
ջաղջախ և սխալակամդ խորհրդոց խմաստ , և մի զած-
այինն անսուտ գիր : Լթէ գրոցն գայթագղիցիս ,
գործոցն հաւատատացես . զի ապացոյցք բանի գործք
’ի ձեռն վկայեալ . « Ցանէ վասն գործոցն , ասէ ,
հաւատացէք » :

Ա՝ի բաղդատեր գոյժ ’ի միմեանց տարբերեալսն .
քանզի անդ անմարմնաբար և միայն ձևացութիւք ներ-
գործութիւն . իսկ աստ մարմնով և հանդերձ ձշմար-
տութէ : Ներակրեցաւ առ Աբրահամ . ձաշակեաց
և ընդ աշակերտսն . անդ յանմարմնութիւնէ , և աստ
’ի մարմնաւորութիւնէ . ուստի յայտ է՝ եթէ այն նմա-
նութիւնն գործոյ . իսկ այս՝ գործ ձշմարտութէ : Լթէ
զգործս առ գործն տարեալ հաւասարեացես , հաւա-
տարեալ լինիս և երևմտնգքն՝ առաջինն և վերջինս :
Ծնօղին հետ երթիցէ ծնունդն , աճումնն , մահն ,
թաղումնն , յարուցիս , համբառնալն . ընդ որս ինքն
անցանելով ըստ նմանութիւնէ գլխոյ՝ զբոլոր զառ ’ի յե-
կեղեցւոյ զհետ հրաւիրեալ կոչէ զպատշաձեալ իւր
անդամսն . և ամենայնքս մեր՝ ըստ քեզ՝ տուեալ և
երևութիւնք առ ’ի յոյժ ակնկալութիւնէ : Ստուեր
ապա և Ա՝նի և Ա՝րկիան կենդանացին՝ զինի այն-
քան ամաց՝ տեսանելով զքեզ իւրեանց եղեալ զարմ :
Ծորեսանես, ասէ, մարգարէին զստուերեան խօսեցեալ .
եթէ կորեսանէ քանին , առաւել ևս գործն ընձե-

1 Johan. 10. 38.
2 Gen. 18. 8.
3 Subintelligitur *phantastice peracta est.*

vero non es ex malis illis radicibus pejor pullulatus ramus, confitere nobiscum, immo cum universali Ecclesiâ Catholicâ, unum eumdemque Christum Deum simul et Hominem, ut indivisibilis et inconfusa unio Verbi Dei Incarnati innotescat. Cur vis esse sicut aqua deorsum effusa, quae nequit sursum redire? vel sicut grando a nubibus decisa, quae facilius dissolvetur, quam possit iterum nubibus conjungi? Suscipe absque dolo scripta, et agnosce acta a Salvatore perfecta. Fallacem reputa esse tuam concussam fallibilemque sententiam, minime vero divinam Scripturam, quae non fallit. Si per Scripturam scandalizaris, crede per opera; nam probatio sermonis opera sunt, teste Domino: « *Saltem*, inquit, *operibus credite* »[1].

Noli invicem conferre, quae nimium sibi discrepant: nam olim incorporaliter, et figurate dumtaxat operabatur; nunc autem in carne, et veraciter. Cibum sumpsit tempore Abrahae[2], manducavit quoque cum discipulis suis; illic incorporaliter, hîc autem in Incarnatione: unde patet illud fuisse acti assimilationem, istud verum actum. Si opus volueris operi adaequare, ea etiam, quae apparebant aequanda forent, anteriora illa, haecque posteriora. Hinc sequetur nativitas, incrementum, mors, sepultura, resurrectio, et ascensio[3], per quae ipse, ut Caput, pertransiens cuncta Ecclesiae membra sibi coaptata post se invitans vocat: secundum te autem omnes nostrae spei expectationes umbrae sunt et phantasmata. Hinc itaque Manes et Marcion reviviscent post tot annos, videntes, te suam esse progeniem. *Perdes*, ait Propheta, *qui loquuntur mendacium*[4]: si verbum deperdit, quanto magis opus perditionem inducet? *Abraham pater noster nonne ex operibus justificatus est*? ait magnus Jacobus[5]. Ut quid mendacium,

4 Psalm. 5. 7. 5 Jac. 2. 21.

ած կոտակաւ։ Ա՛զգայեցարո՛ւք մեր ոչ ապաքէն՝ ի գոլ ծոց արդարացաւ, առաց մեծին Յակոբոս. ընդդէմ զսքանչելութիւնն, և ոչ գիտասցուս՝ ի քանս և՝ ի գործս առփոր ձիս ցուցանել, կամելով լինել ոգւոյն անդրանիկ՝ ի հօրէն սատանայէ ։

Ա՛ւրմ ջանասցո փութոխել զմնակագրութիւնն անուանին, և գնել զայլոյ ուղուք անուն, յորմէ հեռի եմ ասաց յուածքն. և կամ թէ յեզանակել զբանին՝ ոչ արգելս ինքն ինդրէ ։ Տե՛ւր զքեզ ներհակուհրդուածն բանի, և մի զկորուհուրդ բանին առ քեզ բռնադատեալ թիւրեցես ։ Ա՛ կայեա այնոցիկ բանից, որոց ետծին Ա՛նան վկայեաց ընտրել. և մի զքոյդ արդարացուցանել՝ ի բազմից կրեալ ստգտանս և տպաքանսութիւն ։ Ա՛նա նմին, զո՛ ոք՝ ի նոցանէ ըստ բնութեանէ ատացեալ. և ժլք սխոքիկ իցեն՝ որ ըստ միաւորութենէն տրամարեալ նեցան ։ Ա՛ւ այսպէս լուսաւորագոյն խմացուածով կարասցես՝ ի միտ առնուլ զերկաքանչիւրս զրեցելոցն բանից խոհականութեամ ։

Ա՛նանկն բազում՝ ինչ անյայտութիւն և տարակուսանաք յաւետարանականացն գտանին ձայնս և յառաքելականս, առ որ երէք խաւարազգած ոք՝ ի ներքս յառնալ նայիցի հոգւոյն սկսանի, նոյն ինքն մոլորուած պատճառ ձշմարտութենէն նման եզանին առացուած ։ Ա՛րպէս յիմարամիտն այն Ա՛պողինար՝ լսելով յառաքելոյ, "Ա՛րուէհեռս մանկունք հաղորդեցին արեան և մարմնոյ, և ինքն իսկ միրճաւորութիւն կցորդ եղեալ նոցա»-առաուստ ապա զմարդկայինն՝ ի բաց կրճատեալ երևան՝ ի մարմնոյն Ա՛ստ զբանական հոգին, ասելով. Ա՛ճայինն էր հոգիացեալ հոգեւորութիւն ։ Ա՛յսպէս և այլով իւիք բանիւ այլ ոք վերիպեալ մոլորեցաւ, յաստեղ անդ փրկչին. "Ա՛ւ ոք եւ յերկինս, երէք ոչ ոք երկինս յերկինից ոգւոյն մարդոյ՝ որ էն յերկինս ,, . կարծեաց Ա՛պոխքէս առաջին յերկինից բերեալ, և յետնայինն բնութենէն հայթայթեալ Ա՛նձն մարդոյն, և իբրև ընդ խաղալիկ զնոյն անցուցեալ ընդ մէջ կուսին . ոչ իմանալով էթ յառաջս առ երկնայինն միաւորութենէ որ յերկրէն էր՝ ասելոյ այս այսպէս ։ Ա՛ղջ և ուրեմն յառ

1 Johan. 8 44. 2 Hebr. 2. 14.

non vero fidem in verbis et operibus niteris ostendere, optans filium te esse primogenitum *ex patre diabolo* [1] natum?

Cur permutare conniteris nominis conscriptionem, atque alterius nomen reponere, a quo distant ea verba; aut contra illius sensum verba commutare? Applica te ipsum ad verbi sensum, nec sensum verbi ad te violenter contorqueas; eadem proferto verba, quae Verbum Dei testatum est se elegisse; neque tua tuere a plurimis accusatione sauciatus ac confusione. Nosce quaenam ex iis Scripturae verbis relate ad naturam dicta sint, quaenam autem relate ad unionem prolata: sicque clariori intelligentiâ utrumque conscriptorum verborum sensum comprehendere poteris.

Haud modica namque obscuritas et ambiguitas in Evangelicis Apostolicisque vocibus reperitur quas si quis tenebris obnubilato animae oculo introspicere voluerit, illi vel ipsa veritatis dicta erroris causa fient. Sicut insanae mentis Apollinaris audiens ex Apostolo: *Quia ergo pueri communicaverunt carni et sanguini, et ipse similiter* per affinitatem *participavit eisdem* [2]: hinc ille humanam mutilans naturam ex Christi corpore exclusit animam rationalem, dicens: » Divinâ erat ipse animatus animatione ». Item alio quoque verbo alius quidam in errorem sese praecipitavit, quum dixerit Salvator: *Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo Filius hominis, qui est in caelo* [3]. Hinc existimavit Eutyches primus Christum de caelo adduxisse, et ex divinâ naturâ sibi carnem aptasse, eamque per virginem veluti per canalem quemdam transire fecisse; non intelligens, quod propter terrestris cum Caelesti unionem, istud sic dicebatur. Est ergo in divinis Scripturis verbum, quod dictum est, et intelligitur secundum naturam, est-

3 Johan. 3. 13.

առաւածային գրիցեալսն զան՝ որ ըստ քնութեանն է առացեալ և իմանալի , և է որ ըստ միաւորութեանն առօքեհառնութեանն : Ո՛ի յորժամ ասէր Փրկիչն ցՓիլիպոս , «Որ՛ւ տեսաւ զիս՝ տեսաւ զՀայրն իմ. եթէ զտեսանելն զայս առ քնութեանն տեսուն զոր ունի Հոգի զՅօր , ոչ առանչորդեացաւ մնացին աչաց , ոչ միայն թէ որդեհայրութիւն՝ ի նեղքս ածեալ մուծանիս , այլ և մարմին և՛ն Յօր չնորհեացաւ՝ որպէս և Հոգւոյ : Ա՛ստ նմին և յորժամ ասէր , թէ «Ա՛ս և Հայր իմ մի եմք» , ոչ ըստ դիմաց և առանձնաւորութեան զմին ասէր զոր , այլ ըստ քնութեան :

Ա՛ք որ դու կուրացեալ մտօք Հայելով ոչ գիտացեր զանապատմել , այլ մեղադիր եղեալ առաջնոցն առաւածխօսութեանց գրիցեր և ասացեր , թէ Ո՛ւնչ պարտ է զՀարտարսն {ունաց Համարել , որք առեն զԱրտորդութիւն դիմաք և առանձնաւորութեանք բաժանել , և ածութեանք միաւորեալ : Ա՛սեմ յայտ արարցեր , թէ դու և ոչ զմի յերկուցունց յայդցանէ ոչ ընդունիս . և այդպէս՝ ոչ բաժանելով ըստ դիմացն լինիս Արեւելացի , և ոչ միաւորելով ըստ քնութեան Ա՛րեւմտեան : Ա՛յլ եթէ ոչ բաժանիս ըստ դիմացն , զիարդ առանձնաւորութիւնքն կարեն անշարժ մնալ . զոր մեծն Գ՛րիգոր ասէր՝ Նազիանզու , թէ՝ “ Ո՛ երիս գոյութեանն ոչ միով իմանալ ժողովմամբ , կամ լուծանելոյ ի միմեանց , և կամ խառնակութե՛ ,, . և դարձեալ “ Ա՛յնէ ոչ ածութեամբն միաւորիս , օտար ապաքէն ի նեղքս ածես քնութե՛ , և յանհաւասարս զզուգահաւասարսն գնես գոյացուի ,, : Ա՛յդ այսպէս ընդ խաւար զՀրշմնարտագործն շօշափեցեր լոյս . և զկուրութե՛ մտաց քոց զսրտովքն արկանես Հարամիք , զորս Հարտարապետսն {ունաց անուանեցեր . և զայս ի քեզ Հայելով ասացեր . զի թէ դու ի գիտութե՛ երէր եղեալ , զայլս ոչ անուանէիր գիտուն : Ո՛րպէս միոյ Հարտարապետի խաստովանեցեր , զոտ ի նոցանէ խմաստասէրս առաջեալն ինքն ոչ ընդունիցիս : Ա՛սոյց նոցին ոմն արդեւք Հարտարապետն այն {ունաց , Հարցանեմ զքեզ՝ թէ զՀրշ-

1 Johan. 14. 9.
2 Greg. ὑστέρα. Vid. Athanas. in Exposit. Fid. Tom. 1. pagina 80.

que aliud secundum unionem dispensationis. Quum enim Philippo dicebat Salvator: *Qui videt me, videt et Patrem meum* [1]: nisi visionem istam acie mentis ad Naturae rationem, quae Filio communis est cum Patre perduxeris, non solum Filio-Paternitatem [2] introduces, sed etiam sicut Filio corpus attribuas Patri necesse est. Sic etiam quando dicebat: *Ego et Pater unum sumus* [3] non secundum personam proprietatemque unum esse dicebat, sed secundum naturam.

Quae tu obcaecatâ mente perspicieus distinguere non potuisti, sed spretâ Majorum Theologiâ scripsisti et dixisti: « Quidnam habendi sunt Graecorum Rhetores, qui dicunt Trinitatem esse personis ac proprietatibus divisam, divinitate vero unitam ». Quo declarasti te neutrum istorum concedere; atque ita non dividendo secundum personas, Sabellianus fis, non uniendo autem secundum naturam, Arianus. Porro nisi dividantur secundum personas, quomodo possent proprietates permanere constantes? sicut magnus Gregorius Nazianzenus dicebat: [4] « Tres » hypostases non esse unius collectionis intelligendas » aut inter se dissolutionis, aut confusionis ». Et rursus: « Nisi divinitate unieris (*personas*), alienam » utique inducis naturam, et inaequalibus aequalem » tribuis hypostasim ». Hoc itaque modo per tenebras lumen veracius tetigisti; mentis autem tuae caecitatem sanctis Patribus tribuis, quos Graecorum Rhetores nuncupasti: idque relate ad teipsum dixisti; alioquin si tu in scientiâ fuisses eruditus, alios non nominares eruditos; quum vero Rhetores [5] illos esse confessus sis, quomodo eorum dicta sapientissima non admittis? At si verum dicas, te interrogo: qui sunt illi Graecorum Rhetores? Etiamsi tu mentiri volueris, tua de illis accusatio nobis indicat nominatim illorum verborum Auctores. Dixisti, eos per-

3 Johan. 10. 30.
4 Serm. XXIX.
5 Vel *eruditos*.

Յոգ հինգշաբաթին , ըստ ինիներորդ ժամու խորհըրդեանն կարգեալ է . յորում ժամու ի խաչին աղաղակեր , զերկն երկին ասելով միածին Որդին Աստուծոյ , և ի նմին ժամու ընդ երեկս աւուրն զլուսաւորսն ի խաւարչին փարատեր , ըստ մարգարէական ձայնին , նոր առաւօտ ծագեալով հաստեցոյն ի խաւարի և չիստըւերս մնհոս . ուստի լուսաւորեալ մանկանց եկեղեցւոյ . աղաղակեն առաւօտին յայտնէն . եթէ " Այս առ քեզ Տէր աղաղակեցի , առաւօտիս աղօթք իմ ժամանեսցեն առ քեզ ,, . և որ ի կարդին է :

Յոգ ուրբաթին , ըստ տասնեերորդ ժամու պաշտամանն կարգեալ է , ըստ որում ժամու ի գերեզմանն ասի ննջեալ տէրն արարածոց , և իւրով մահապատիժն

1 Psalm. 12.
2 Matth. 25. 41.
3 Lect. Arm. habet: *A te.*
4 Psal. 35. 10.

valui adversus eum; qui tribulant me exultabunt si motus fuero [1] in igne aeterno, *qui paratus est diabolo, et angelis ejus* [2].

Feriâ tertiâ, juxta horae tertiae mysterium statuta est: qua horâ advenit Spiritus immissus in Apostolos. Cujus mirificum adventum experti Ecclesiae pueri, procidentes exclamant: *Apud te* [3], *Domine, est fons vitae, et in lumine adventûs tui vidimus lumen* [4]. Et: *Ori-ri facito misericordiam tuam, Domine, super nos* ministros, atque adoratores Sanctissimae Trinitatis tuae.

Feriâ quartâ, juxta mysterium officii sextae horae praescripta est: qua horâ Protoparentis infirmitas recolitur, atque eâdem horâ vulneris curatio per passionem Crucis Domini nostri Jesu Christi, prout refert Johannes Evangelista dicens: *Erat Parasceve Paschae, horâ sextâ, et crucifixerunt eum* [5]. Hujusce porro salutaris oeconomiae mysterium agnoscentes Ecclesiae pueri cum gratiarum actione adprecantur: *Ego rogo, Domine, miserere mei, sana animam meam, quia peccavi tibi* [6].

Feriâ quintâ, juxta horae nonae mysterium ordinata est: qua horâ Unigenitus Dei Filius in Cruce clamabat, dicens: *Eli, Eli.* Atque eâdem horâ ad vesperas expurgabat a tenebris luminaria diei, secundum propheticam vocem, novam lucem matutinam oriri faciens iis, *qui in tenebris, et in umbrâ mortis sedent* [7]. Unde illuminati Ecclesiae pueri mane clamant, dicentes: *Ego ad te, Domine, clamavi: et mane oratio mea perveniet ad te* [8], cum iis quae sequuntur.

Die autem Veneris, secundum decimae horae officium ordinata est; circa quam horam in sepulchrum descendens creaturarum Dominus, per suam incor-

5 Johan. 19. 14.
6 Psal. 40. 5.
7 Luc. 1. 79.
8 Psal. 87. 14.

մանուածքն զանազանականուին մեզ ընդհելով, ազա-
տեալ՝ի դժոխոց և՝ի գերութենէ սատանայի. յորմէ
փրկեալ մանկանց երկնեղեցւոյ, ազատականն գո-
լով յասելն, եթէ "Տէր ած փրկուսն իմոյ, ի տուէ
կարդացի, և գիշերիս առաջի քո,,. և եթէ "Ա՛ոցին
աղօթք իմ առաջի քո,,. և որ՝ի կարգին յորմանէ
պատրաստանաց բանն։

Նոյն շաբաթուն, ըստ հանդատեանն աղօթից խոր-
հրդոյն կարգեալ է. վասն զի շաբաթ՝ հանգիստ ըստ
երբայեցւոց ձայնին է, և կատարումն յաւիտենից, յո-
րում և մարտիրոսացն հանդիսից յիշատակն պատմի,
որք զմարմինս իւրեանց՝ի խաչ հանին կարծեաք և ցան-
կութ հանդերձ, խաչելից լինելով առաջին վկային՝ի
խաչ երեցեալն, և զիս ժողովողին. յոր առաւելեալ
մանկանց երկնեղեցւոյ՝ի նոցա կարող բարեխօսութենին,
աղաղակեն աղաչանօքն ձայնիւ, եթէ "Ի՛ւրաքան-
չեր, զյոյս քո և ձշմարտութենդ քո, զի նոքա առաջ-
նորդեացեն ինձ մինչորեւյս՝ի գիտութեն ձշմարտութե,
հանցեն զիս՝ի լերան սուրբ և՝ի յարկս քո,,, զանա-
պատաճեալս՝ի գերուակայ բնութենեն՝ի տարին նը-
աստաութենս։

Ո՛չ յիրաւի այնորիկ զգոհացողին քարոզն ճառագե-
ցանէ, յաղագս երեք զամենակալն ած՝որ այսպիսի աբանչե-
լիօք բարձրացոյց զազգս մարդկան, անխոտոր պահպա-
նեալ՝ի նեղութենէ. և աղաչէ զի յատպագոյնն անփորձ
պահեացէ զերկնեղեցի իւր՝ մինչև՝ի գալուստ միած-
նին խրոյ. զոր և առ նմին առեալ քահանային զաղո-
թըս ժողովրդեանն մնաուցանէր առ ած, հաստատ-
ուն կալ և ճնալ՝ի կամն պատուիրանապահութենէ
նորա. և առաքելական խաղաղական քարոզութենէն
վարիլ՝ի հնազանդութեան, առ՝ի լինել առաջին մանր-
թեն սրբոյ Հոգւոյն երեսին. և արժանաւոր ձայնիւ և
սուրբ խորհրդով փառաւորել զմիածինն Աստուծոյ,
որ վերջինքն երեսից սրբասաց ձայնիւն, յասելն՝ եթէ
Սուրբ ած, սուրբ և հզօր, սուրբ և անմահ, որ խոս-
չեցար վասն մեր, ողորմեա մեզ։

Ա՛ռաջնոր ողորմիքն՝ի Հոգւոյն կարգէն. իսկ առ մեզ

1 Psal. 87. 2. 2 Galat. 5. 24.

ruptam mortem nobis ab inferis atque a Satanae captivitate liberatis incorruptionem largitus est. Unde Ecclesiae pueri erepti clamant, gratias agentes, ac dicentes: *Domine Deus salutis meae, in die clamavi, et nocte coram te: intret in conspectu tuo oratio mea* [1]; et quae per seriem contexuntur obsecrationis verba.

Sabbato demum juxta requiei deprecationis mysterium posita est: siquidem *Sabbath* secundum Hebraicam vocem *quies* est, ac saeculorum implementum: unde commemoratio fit quoque certaminis Martyrum, qui *carnes suas crucifixerunt cum necessitatibus, et concupiscentis* [2], concrucifixi primo Martyri super Crucem exaltato, et me colligenti [3]. Sub quorum validum praesidium confugientes Ecclesiae pueri lugubri voce exclamant: *Emitte Domine, lucem tuam, et veritatem tuam*, ut me errantem perducant ad veritatis cognitionem; meque a sublimi naturâ ad inferiorem humilitatem dilapsum *deducant in montem sanctum tuum, et in tabernacula tua.*

Post haec grati animi Praeconium sequitur deprecans omnipotentem Deum, qui per hujusmodi miracula humanum genus exaltavit, ut illud inconturbatum in praesentibus servet: precatur quoque, ut sine tentatione conservet Ecclesiam suam etiam in futuro usque ad Unigeniti sui adventum. Quam populi orationem Sacerdos illico resumens, eam offert ad Deum, ut concedat, eos in voluntate observationis mandatorum suorum constanter perseverare, atque per Apostolicam pacis praedicationem conversari in hac vitâ, ut sint purissimum sanctae Trinitatis templum, et condignâ voce sanctoque animo glorificent Unigenitum Dei Filium Seraphicâ voce trisagiâ, dicentes: *Sanctus Deus, Sanctus et fortis, Sanctus et immortalis, qui crucifixus es pro nobis, miserere nobis.*

Heic a Graecorum ritu distinguimur. Nam apud

3 S. Greg. Nazianzeni est effatum in Orat. in Cyprian.

պայծառանայ երեքկին սրբասացութիւնն, որ քառակնեայն՝ ի սրովեէիցն ձայնէ՝ ի մէջ մատղաչին. զոր՝ ի հոգւոյն ասացեալն զաղօտագոյր հնչուածն առեալ մատղաչին՝ շարականագիրքն ընդ այլ հզօրի և անմահի. ոմանք միամտական՝ թէ Հրեղէնութենէն, և այլք՝ ի վերոյ Հոգւոյ միայն զայն վարկանելով. և յայնմանէ առեալ թէ Հնամեայն և Հակառակութեամբ:

Նոյն աստ ապա եդից՝ ի բանիս մերոյ տեսութեան, և լուծուածն առաջակայիս: Զոր որպէս ինձ հասու եղեւ, եթէ ամենայն տեսութիւք մարգարէիցն պատգամացն Հոգւով տեսօրինեալ յօրինին. և մի ի Հրեղէնութենէն տեղի մերձ Քհասու Վրիստոս, զոր Հայեալսն ետես նստեալ յաթոռ փառացն, որով սրովեէքն շուրջ կալով զաղօտագայնն հնուագիկին զՏնչուածն. և ես առաւել մեզ քան թէ յայնժամ մարգարէիցն եւ կեալ՝ ի յերևումն. զի այն նմանութեամբ էր նորա հանդերձեալ մարդեղութեն: Սրովեէքն անխոհատոյց եւ կեղեցոյ մխիթարեալ հիացեալ հնչեցուցանէին զօրհներգութեամբ հուագմն. ուստի համարձակահայեաց լեալ նեղով մեք՝ ի հոսս, և զառ՝ ի հոգւոյն ասացեալսն զաղօտագայր զՏնչուածն առեալ Հշմարտապէս հուագերացոյք ասելով. Սրբ յաւիտենական, ի վախճան ժամանակիս հաձեցար լինել՝ ի նմանութեամբ սրբատածոց. հզօրդ, զտկարութիւնս մեր՝ ի քեզ բարձեր. անմահացու ընութեդ, հաձեցար վասն մեր հանգերծել մահու խաչի. յարուցդ այսպիսի բազմագործութեամբ մարդասիրութեդ ողորմացիս մեզ:

Ի վասն զի առ Հոգի վերագործի եկեղեցւոյ սրբասացութիւն, և յայնմէ աստուածատ եղև. զի ամ երևելոյ էին և առաւօտին պաշտամունք մեր, տակաւ իբրև զաճուշահոտ խնկոց բուրմունս յընդունելութիւն այ մատուցանէին. և յաւետ յիրաւի: Զայն զի զնաչի՝ ոչ ձառագ յինքեանս բերել, որով հաշտեցաւ խակ արարիչն ընդ արարածոց իւրոց. զոր և անմարմնին զուարթունն՝ ի դերեզմանէին՝ ի սփոփանս մխիթարութեան տրամեցելոց

1 Dicebant enim dumtaxat: *Sanctus, sanctus, sanctus*; ideoque *subobscuro modo*, vel *obscuram* protuliase *vocem* dicit Orniensis noster.

2 Isai. 6. 1.

3 Similia profert vel ipse S. Nerses Clajensis, ut videre est in

nos modulatur trisagium, quod praenuntiabatur a Seraphim voce, inter homines; siquidem sonitum ab eis subobscuro modo prolatum [1] sumentes homines cum iis vocibus, *Deus*, *fortis*, et *immortalis* conjunxerunt; nonnullis ad sanctam Trinitatem consubstantialem istud referentibus; nonullis autem Filio duntaxat. Hinc odium, et inimicitia, et contentio magna.

Porro in sermonis nostri theoriâ etiam hujusce rei enucleatio proferenda est. Itaque, ut mihi comprehendere licuit, omnes Propheticorum oraculorum visiones Filii Dispensationem praefigurabant; estque unus de Trinitate Dominus noster Jesus Christus, quem Isaias vidit *sedentem super solium* [2] gloriae: circa quem stantes Seraphim obscuram illam vocem modulabantur. Magis autem nobis, quam tunc Prophetis visio facta est. Illa namque erat futurae Incarnationis ejus similitudo; Seraphim defixis in Ecclesiae pueros oculis extatice laudis hymnos modulabantur. Unde nos confidentius respicientes in illa, prolatum ab eis subobscurum sonitum resumendo veraciter decantamus, dicentes: Æterne Deus, in fine temporis fieri voluisti in similitudinem creaturarum: Fortis, infirmitatem nostram in te sustulisti: Immortalis naturâ, mortem Crucis tibi placuit pro nobis pati: propter hujusmodi clementissimam benignitatem miserere nobis [3].

Quoniam autem ad Filium haec Ecclesiae hagiologia refertur, exinde quoque patet, quod cuncta nostra vespertina matutinaque officia per hanc tamquam per suaviolentis incensi fumum ad Dei placitum offeruntur: idque jure meritoque. Nam Crucis Christi enarrationem in se praeferunt, per quam sane cum creaturis suis reconciliatus est Creator. Quod et incorporeus Vigil [4] prope sepulcrum ad laetificum plo-

suis ad Graecos Epistolis. Videatur quoque de hac re Assemanius in suâ Biblioth. Orient. Tom. I. pag. 518.

4 Idest: *Angelus*, ut superius diximus: hocque nomine Angelus nuncupatur Dan. 4. 10.

կամանցին աւետասարէն, առեալոքն, եւթե "զ[ի]ա խնդրեք վնասովքսցին՝ զխաչելեալսն, յարեաւ,,։ Ասաի և Պաւ զոս խրատեցաւ ասել, եթե "Կնձ քաւ լինի պարծիլ, բայց միայն՝ի խաչն տեառն մերոյ [Յի]սի Քի,,. և առ Տիմոթէոս գրեալ, եւթե "Ա՛ի ամօթ համարիր զբ վկայուքի տեառն մերոյ [Յի]սի Քի, որ վկայեացն առաջի Պիղատոսի պոնտացւոյ զբարուդ վկայուքիս,,։

Օ այս և յառաջագոյն՝ի հնումն գուշակեալ Աոված անուն՝ որ՝ի Քրիստոս լինելոց էր ձչմարտուքիւն, գառն մի երեվոլոյն, և գառն մի առաւօտին հանապազորդ առաջի այ ողջակիզեալ մշտնջենաւորապէս։ Այս գառն անմեղ վարեալ՝ի սպանդ, ծանեալք զնոյն ինքն զՏէր մեր [Յի]սուս բարձօղ մեղաց աշխարհի. զոր տեսեալ [Յով]ան[նու] որդւոյ Օ[ձքարիայ], և զաղաղակ բարձեալ ասէր, եւթե "Ա՛հա գառն այ, որ բառնայ զմեղս աշխարհի,. լսեա որում՝ և մեծ մարգարէին՝ յառաջագոյն տպաւորեացն յայսմ, եւթե "Ա՛ա զմեզ մեր բառնայ, և վասն մեր չարչարի,. լսեա աւետեացն Ա՛ադրիհէլ, եթե "Ա՛ա փրկեացէ զժողովուրդ իւր՝ի մեղաց իւրեանց,։

Այս եթե ընդէր յոչխ աւուրն չիշատակի բարեխօսութիւն Աարիամայ Աածոյ Աածոցն, և՝ ի խորհրդականս ոչ։

Ա ԱՍՆ զի խորհրդական աւուրքս հրաւիրեմ զմեզ առ հոգեւոր սեղանին, յանդիմանս լինել չձմարիտ պաշտաւդիս մարմնոյ և արեան միածնին Տեառն մերոյ [Յի]սուսի Քրիստոսի, չլինի պէտք բարեխօսութեամն Աարիամու։ Ակ յարձակ աւուրքս քրիստոսասիրացն ոչ մնասչի պատատրաստն, փոխանակ տուրգ և սոսկալի պատարագին՝ զկարող բարեխօսութիւնն Աարիամայ զ ժանդակ և չատագով առնուլք արդասաւորութեամն. զի աղօթք մեր ժամանեացեն՝ի յակամին տեառն զբ[ուն]ց՝ որ նստի՝ի քրովբէս, և փառազանի երկքսրբ[ու]թեամն ձայնիւ. որ զԹագաւ առ հոգանիութեամբ և ա

1 Marc. 16. 6.
2 Galat. 6. 14.
3 I. Tim. 6. 13.
4 Johan. 1. 29.
5 Isai. 53. 12. vel potius ut legitur in Epist. I. Petr. 2. 24.
6 Matth. 1. 21.
7 Illico post trisagium sub-

rantium mulierum solatium annuntiat, dicens: *Jesum quaeritis Nazarenum Crucifixum: resurrexit*[1]. Unde et Paulus eruditus fuit, ut diceret: *Mihi absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Jesu Christi*[2]. Et ad Timotheum scribens, ait: *Noli erubescere testimonium Domini nostri Jesu Christi, qui testimonium reddidit coram Pontio Pilato*[3].

Hoc vel antea in veteri vaticinans Moyses, cujus veritas in Christo erat futura, agnum unum vespere et agnum alterum mane quotidie coram Deo in holocaustum semper sacrificabat. Porro innocentem Agnum ad occisionem perductum novimus eumdem Dominum nostrum Jesum, qui tollit peccata totius mundi. Quem videns Johannes Zachariae filius, exclamabat, dicebatque: *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi*[4]. Quemadmodum et magnus Propheta praefiguravit, dicens: *Peccata nostra ipse pertulit, et pro nobis est passus*[5]; juxta Gabrielis annuntiationem: *Ipse salvum faciet populum suum a peccatis eorum*[6].

Curnam porro in solutis diebus commemoratur intercessio Mariae Deiparae[7], *non autem in mysticis*?

Quia mystici dies ad spiritualem mensam nos invitant, ut de vero corporis et sanguinis Unigeniti Domini nostri Jesu Christi sacrificio participemus, non adeo necessaria tunc est intercessionis Mariae commemoratio. In solutis autem diebus de Christi sacrificio minime participantes, pro sanctâ, et teribili hostiâ validam Mariae intercessionem in subsidium, et praevalentiam adsumimus hagiologiae; ut perveniant preces nostrae ad aures Domini Virtutum, *qui sedet super Cherubim*[8], et glorificatur trisagiâ voce: quique terrenae ac vilis nostrae naturae misertus eam cum supernis militi-

dunt Armenii commemorationem Beatae Virginis Mariae dicentes: » Glorificata es benedicta semper » sancta Virgo Dei pata Maria » Mater Christi; offer deprecationes nostras Filio tuo et Deo nostro ».

8 Psalm. 98. 1.

նարգ քնուէս . և ընդ վերին զօրացն դասակցեաց ՚ի փառաբանութիւն զուարճութեան , յասելն՝ եթէ " Յա- րուցանէ զաղքատն յերկրէ , և բարձր առնէ զտառա- պեալն յաղբեւաց„ . և " Յստուցանէ ընդ իշխանուէս վերինս „ . և եթէ " Նստակեցուցանէ զամուն ՚ի տան ուրախասիրտ , որպէս մայր որդւովք երկրեալ „ . պատմել զօրհնութիւնս տեառն ՚ի գրունս դստեր Սիոնի և ՚ի նոր Յերուսաղէմ :

Յա- եթէ ինչ ինձ խորհուրդ ունի առաւօտին աղօթիս , որ ընդ արեւափայլն ելոյսին :

Այս աղօթիքս զմիւսանգամ զգալուստն Քրիս- տոսի նշանակէ , և յարութիւն մարդկան ՚ի գերեզ- մանացն , յաւուր միաշաբաթու յառաջինն ժամուն . վասն զի յայնմ ժամու լինելոց է յարութիւն ամե- նայն մարդկային բնութեանց , թէպէտ և գիշերին առ , ըստ տէրունականն առակի : Այլ նա է առա- ւօտ և սկիզբն ծագմանն արեգականն արդարութեա , և լինելոց է այն յառաջինն ժամուն մեծի աւուրն . վասն զի յայնմ ժամու վարկանիմ առեղծեալ զմարդն առաջինն , յորում ժամու միւսանգամ կենդանանայց ՚ի գերեզմանէն . այսմ խորհրդով բազում վարդն ՚ի ներկայումն , ակն ունելով առաքելական խոստմանցն , եթէ „ Մեռեալքն ՚ի Քրիստոս յա- րիցեն յառաջագոյն . և մեք նորոգեսցուք „ . այլովքն հանդերձ : Նստ նմին օրինակի և իմ պատկառանքն և հայրապետին տէրունական առա- կին , զյարուցն մեռելոց՝ բուսոց և տնկոց օրինակեր ՚ի գարուն բուսանելոյ , և ՚ի դալարանալ մարդկան ՚ի գերեզմանէն . քանզի յետ անցանելոյ ձմերանոյն և լինելոյ գարնանոյն , և հասուցն լինելոյ մերձ յա- ռաւօտն լսեալ ձայնք , զյարուն մարդկան ՚ի գերեզ- մանացն նշանակեն :

Ոմն այնորիկ սքանչելեալ ՚ի ժամուն յայնմիկ ա- ղօթիւն , ակնուսնելով միւսանգամ նորոգմանն՝ յա-

1 In subsequenti Psalm. 112. 2 Psal. 9. 15.

3 I. Corinth. 13. 52, atque I. Thessal. 4. 15.

bus in Angelorum doxologiâ consociavit: quemadmodum dicitur [1]: *Suscitans de terrâ inopem, et de stercore erigens pauperem;* eumque sedere facit cum supernis Principibus; atque *habitare facit sterilem in domo, ceu matrem in filiis laetantem,* ad *enuntiandas laudationes Domini in portis filiae Sion* [2], et in novâ Jerusalem.

Quid mysterii habet Oratio matutina, quae circa Solis ortum peragitur?

Haec Oratio alterum Christi adventum significat, atque resurrectionem hominum e sepulchris in die Primâ-Sabbati, horâ primâ: eâ siquidem horâ futura est totius humanae naturae resurrectio. Quamvis enim nocte dicatur, juxta dominicam parabolam; illa tamen est mane, et principium ortûs Solis justitiae: futura est autem illa in primâ magnae diei horâ. Quoniam in illâ horâ creatum arbitror primum hominem, in quâ sane e sepulcro reviviscet. Huic sententiae plurimi impraesentiarum adhaerent expectantesApostolicas repromissiones: *Canet tuba, et mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi; nos autem immutabimur* [3], cum iis, quae sequuntur. Pariter et meus ille coronatus et Pontifex, sanctus Gregorius [4], juxta Dominicam parabolam, mortuorum resurrectionem per germina plantasque configurabat, per virens ver, et per virescentes homines e sepulchro: quia transacto hyeme, et superveniente verno tempore, prolatae avium prope ad matutinum voces resurrectionem hominum a monumentis significant.

Quamobrem expergefacti in illâ horâ preces fundimus, expectantes renovationem resurrectionis mor-

4 S. Greg. Illuminator.

բուն ներհակին մեռանելոց. և զաստղաբաշխիչ լուսով ձեռ-
պերակք՝ ի հանդիպումն ամպովք երևեցելոյն, և հա-
ստատացանողին իւրազանչիւր ուժիւք զարժանին։ Ո՞ ասա
այնորիկ կարգեցան՝ ի ժամուն յայնմիկ աղօթիք ինդրե-
ալ ժամին լինել մեծի առաւօտի լուսոյ ծագմանին, և
զտէր փառաց առանց ամօթոյ տեսանել՝ ի նոր յաւի-
տենին, ի կատարումն եօթնեւրեակին՝ ի նախկինն ու-
ղեգործեալ դարուն մնալոյ. յամեցելոյ փրեսբիկն՝ ի վերջ
նոսա զիշերին. ի տրտհել օգնացն և այծեացն. յընդդէմ
ման ոչոմանին՝ և ցարհնոյն. ոչ օրն մեծ և երևելի՝ ի
մոլորակելոցն դատանեալ. յորում աւուր յանդիմանա
լինել մեզ կայ առաջի բեմին Քրիստոսի, զի ընկալցի
իւրաքանչիւր ոք իւրով մարմնովն զոր յառաջ գոր-
ծեացն՝ եթէ բարի և եթէ չար. յորում աւուր փայլեաց
արդարոցն ոսպիս զարհուրանքն՝ ի յայրքայրենին երկինից,
յորոց կայ ահ՝ ի մէջ առտուանծոցն և թագաւորութեան
լոյս, որոշելով և բաժանելով զարժանաւորսն անդր
երանութեան. որոց և մեք արժանի եղիցուք հասանել
խոստացելոյ բարութեան, ընդ Հոգւոյ և մեղադասիրելիք
առաւն մերոյ Յիսուսի Քրիստոսի. նմա փառք յա-
ւիտեանս. ամէն։

tuorum, atque per lucem hilariter volantem festinamus in occursum illius, qui in nubibus apparebit, quique singulis condigna retribuet. Propterea statuta est ejusdem horae Oratio, ut nempe digni efficiamur magni matutini lucis ortu, et Dominum gloriae sine rubore videamus in novo saeculo, in consummatione septimi, inchoante saeculo octavo, moram faciente Sponso in novissimâ nocte, in separatione ovium ab haedis, in electione zizaniorum et tritici. Quae dies magna et visibilis a Prophetis in confesso est: qua in die *nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque in suo corpore, quae prius gessit, sive bonum, sive malum* [1]. Qua die *fulgebunt justi sicut sol in regno caelorum* [2], in quorum medio stabit Deus veluti in medio deorum et regnantium, distinctis ac divisis illius beatitudinis loci dignitatibus. Quam bonorum repromissionem nos quoque digni efficiamur assequi, per gratiam et benignitatem Domini nostri Jesu Christi. Ipsi gloria in saecula. Amen.

1 II. Cor. 5. 10. 2 Matth. 13. 43.

ՆԱՐԻՆ ՏԵՐՅԱՆ

ՅՈՎՀԱՆՆՈՒ

ԻՄԱՍՏԱՍԻՐՈՒ

ՅԱՂԱԹՍ ԿԱՐԳԱՑ ԵԿԵՂԵՑԻՈՑ

Լսէ՛ ի առնջեանն որոշեալ ատհմանք աղօթիցն այս լուտ յանգամանն ժամուն նախատօմն հնչե-
ասախրուէին և մեղանացաս, և՛ ի նմին ժամու բժշկել զանցաճառն չարչարանաւք խաչին տէրն մեր Յս Վս, զի որպէս Աղամայն ամենեքեան մեռանիմ, նոյնպէս և Վրիստոսիւն ամենեքեան կենդանանացին իւրա-
քանչիւր յիւրում կարգի։ Օ՛ի յորում ժամու յանցեաւն Աղամն առաջին, և չուտ յանցանացն յա-
մեռաց՝ ի դրախտին։ Նոյնպէս և Վրիստոս եկաց՝ ի վե-
րայ խաչին՝ ի բժշկութեի վիրաց նորա։

Իսկ յերրորդ ժամու աւուրն կարգել զժամն աղօ-
թիցն։ քանզի յերրորդ ժամու ասացաւ՝ արկաս՝ ի խաչ
եւ անել սիաճին Աղուտոյն Յս։ որով յայտնի է, թէ
և՛ ինքեան ժամու եղև ընդունել՝ զայն զհրաշալուրեանս
բանասարկուին, և ցանկանալ պատերն Ճաշակմանին։

Իսկ վեցերորդ ժամուն կարգեաւ աղօթքն։ որով
յայտնի է՝ ի նմին ժամուն անցանել ընդ սահմանս
պատուիրանացն, և Ճաշակել՝ ի պատրաստաց պատերն,

EJUSDEM DOMINI

JOANNIS

PHILOSOPHI

DE OFFICIIS ECCLESIAE

Diurnarum porro statuta orationum momenta disposita sunt secundum horam praevaricationis primaevi Patris per voluptatis peccatum. Atque eâdem horâ per passionem Crucis Dominus noster Jesus Christus purgabat delicta. Nam *sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur, unusquisque in suo ordine* [1]. Qua enim horâ deliquit Adam primus, et post delictum commoratus est in paradiso; totidem horas et Christus fuit in Cruce ad vulneris ejus sanationem.

Tertiâ itaque horâ ideo statuere placuit orationis horam, quia tertiâ horâ dixit Marcus crucifixionem Unigeniti Filii Dei: unde patet, Hevam eâdem horâ illecebras diaboli admisisse, fructûsque degustationem concupivisse.

Sextâ quoque horâ praecipitur oratio; quo liquet eâdem horâ transgressum fuisse mandati terminum, atque de fructu deceptionis gustasse Protoparentem.

1 Cor. 15. 22.

և 'ի նմին ժամու փոխանակ նորա քաղցր Հաշակմանն մեղացն, Հաշակեաց Վիրիստոս զքացախն ընդ գեղի խառնեաւ, 'ի բժշկութիւն պղծոյն դառնութեանն։

Նոյնպէս յիւրաքանչիւր ժամուն կարգեաւ զաղօթսն. այս վասն անդադար խոստովանութեանն մեղանացն Դաւթի, յորում ժամու դատապարտեալ եւս 'ի դրախտէն, և 'ինչմին ժամու աղաղակաւ աւանդեաց զոգին՝ փրկել կիջեալ աշխարհաց, և զԴամեհան 'ի դժոխոց։

Նոյնպէս 'ի տասնաքառորդ ժամուն, յորում ժամու տէրն արարածոց 'ի գերեզմանն իջեալ ասի, և իւրով անապական մահուամբն՝ զմահապականութեանն մեզ չնորհեալ։ և ըստ այսմ խորհրդոյ կարգեաւ են գերեկոյին պաշտօնն. զոր Հարիւր երեսուն և հինգերորդ Աղաչանաւն ուսուցանէ զչարչարանս փրկչին լինել, և յօճ նմանն չարութիւ կատարեալ ժողովրդեանն. և որ զկնի Աղաչանաւն, զմնօրհնաբար աղօթել փրկչին, վասն յանդգնութեանն ժողովրդեանն. եթէ "Հայր, թո՛ղ տացա, զի ոչ գիտեն զինչ գործեն"։ Նոյնպէս յաղթական բնութեամբ նայեցեալ, իբրև ծանրակիր բեռամբ մեղացն ըմբռնեալք, նախկին մնատուցեալ խնդրեաց յայր, եթէ "Ետնարհեցո՛, Տէր, զունկն քո և լո՛ւր ինձ, զի աղքատ և տնանկ եմ ես"։ Հայեաց ասէ յաղաքատութիւն բնութեան, և մի թողուր 'ի ձեռաց. եթէ յորպիսի և յորքան չարութիւն ըմբռնեցայ. և պատճառ ինոցկիկ զպատրանս բանսարկուին գնէ. "Ընդ, ասէ, անօրէնսն յարեան 'ի վերայ իմ' 'ի դրախտին, և ժողովք հզօրաց խնդրեցին զանձն իմ' հակառակմարտ զօրութեանն, և ոչ համարեցան զքեզ առաջ ընկէ իւրեանց. և եթէ "Յորհեցան խափանել զգնացս իմ 'ի պահպանութենէն պատուիրանին, թագուցին ամբարտաւանք որոգայթք ինձ"։ Նոյնպէս եթէ "Եար ձգեցին որոգայթ ոտից իմոց, և եգին ինձ գայթակղութիւն"։ Նոյնպէս զմնատս ածեալ՝ եթէ ոչ իւրով զօրութեամբ կարէ զորոգայթն զայն մերժել յիւրմէ, եթէ ոչ երկնայոյս Հօրն գթացեալ փրկեսցէ զմեզ պատուականի մարմնով և արեամբ միածնին իւրոյ. և նոյն ժամայն յառաջ մատուցեալ յիշեցու-

1 Luc. 23. 34. 2 Psalm. 85.

Atque eâdem horâ pro gustante dulcem peccati fructum Christus gustavit acetum cum felle mixtum, ut fructûs amaritudinem curaret.

Nonâ item horâ ordinata est oratio propter impoenitentem confessionem peccati Adae; qua horâ condemnatus, egressus est de paradiso: atque eâdem horâ exlcamans commendavit animam Salvator mundi, atque ab inferis Adamum eduxit.

Horâ autem decimâ oratur, quia creaturarum Dominus eâdem horâ in sepulcrum descendisse dicitur, per incorruptam suam mortem nobis donans incorruptionem. Et juxta mysterium istud statutum est vespertinum Officium; sicut Psalmus CXXXIX. docet Redemptoris passionem, nec non furientis populi malitiam serpenti similem. Sequens autem Psalmus dispensativam Salvatoris orationem propter plebis praesumptionem, quum dixerit: *Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt* [1]. Deinde in paupertatem naturae nostrae respicit, ut pote qui gravibus peccatorum oneribus sumus affecti. Jampridem accedens petierat a Deo: *Inclina*, ait, *Domine, aurem tuam, et exaudi me, quoniam inops et pauper sum ego* [2]. Respice, inquit, in paupertatem naturae meae, et ne derelinquas de manibus: vide, in quali quantâque malitiâ captus fuerim. Causam autem hujusce rei fraudem diaboli apponit, dicens: *Deus, iniqui insurrexerunt super me* in ipso paradiso, *et synagoga potentium quaesierunt animam meam*, adversarii nempe vires; *et non proposuerunt te* Deum *in conspectu suo*. Praeterea: *Cogitaverunt supplantare gressus meos* [3] in observantiâ mandati, *et absconderunt superbi laqueum mihi*; et *funes extenderunt in laqueum* pedibus meis, *et scandalum posuerunt mihi*. Deinde animadvertens, se non posse suâ virtute laqueum illud a se removere, nisi Pater caelestis misertus redimeret nos per pretiosum corpus et sanguinem Unigeniti sui, illico procedens commemorat, quod horâ sextâ magnae diei in Parasceve

3 Psalm. 139.

ցանկ զոր ի վերջերսդ ժամու մեծի աւուր ուրբաթին՝ միածին Որդին այ զանապատ մնալովն ի հազ ձոյս չօր պատարագեաց , իբրև զամուշահոտ խնկոց բուրմունս , զմարդկայինն հոգին ի ձեռս չօր աստուածէր , թէ " Ողիդ եղկեցին աղօթք իմ որպէս խունկ առաջի քո , և վհամբարձումն ձեռաց իմոց պատարագ երեկորին ,, . և ի կատարածի սաղմոսին , եթէ " Տէր հան ի բանդէ զանձն իմ ,, : Ճանդ զկեանս աշ խարհի առակեաց , հանել՝ ի հանդերձեալ կեանսն աղօթէ , որոյ յուսոյ սպասեալ արդարոցն՝ ակն ունէին հասանել անսպառ բարութեցն :

Այս ի տանեերորդ ժամուն լուցմունք ճրագացն, որ նշանակէ զկնի զգալի լուսոյս անցանելոյ , իմանալ լի լուսոյն առաջնորդել ի հանդերձեալ կեանսն : Ճակ աստանօր մեզ վերատին դառնալի է ի կարգն առաջինն , և չնորհգքն այ ըստ ժամու աղօթիցն զկարօտհուրդն բացայայտել :

Այս երեք պինել խորհուրդք ունի երրորդ ժամոս աղօթին :

Այ ՐՈՐԴ ժամուս աղօթից խորհուրդս ի վեր է քան մեր կարողութիւն , և միայն նոցա յայտնի է , որոց տուրգ չորգուոյն չնորհգքն յայտնեն զծածկեալ զկարօտհուրդն : Ճայց ինձ այսպէս թուի, եթէ առաւն մերոյ Փրկչին Ցիսուսի ի կրնիցն և ի ներգործութեցն կատգեալ , զոր կատարեաց յայսմ ժամու ի կենարար չարչարանս իւր . յասել երանելոյն Ճատթէոսի , եթէ " Ճչ ժամ երրորդ , և հանիմն զնա ի խաչ ,, :

Այս եթէ վասն էր յայսմ ժամու գայր ի խաչ երթալ նոր . քանզի յայսմ ժամու , որպէս յառաջին առաջեալ , գերեալ լինի նախատեղծն ի բանասարկուէն , որմէ կան կերակրգքն՝ ի ծառոյն մնհաւորեր և ի չար խորհուրդն . իսկ յորժամ Ճմմանուէլ մերով բնութեք զծանրութեն մերոյ մերոց բառնայր , երթեալ ի նոյն տեղի գազաթանն , բարձրանայր ի դիտոն , զի զանձ

1 Psal. 140. 2.
2 Psal. 141. 8.

3 De vespertinis Horis extant

Unigenitus Dei Filius humanam animam in manus Patris commendans, immaculatum corpus ad Patris placitum sacrificavit, ceu suaviolentis thuris suffitum: *Dirigatur*, inquit, *oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo, et elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum* [1]. Atque sub fine Psalmi: *Domine, educ de custodiâ animam meam* [2]. Custodiam dixit metaphorice mundi vitam; proinde orat, ut ad futuram vitam educatur: quam spem expectantes justi indeficientia bona consequi expectabant [3].

Porro luminum accensio horâ decimâ significat, quod post sensibilis luminis finem per intellectuale lumen ad futuram vitam perducemur. Nunc autem nos oportet iterum primum ordinem resumere, et, Deo adjuvante, juxta orationis horam, mysterium explanare.

Quid mysterii praesefert horae Tertiae oratio?

Mysterium orationis Tertiae horae vires nostras exsuperat, iisque dumtaxat manifestum est, quibus Sancti Spiritûs gratia revelat absconditum mysterium. Mihi autem, circa Domini nostri Jesu Christi affectiones actionesque coaptatam esse videtur, quas istâ horâ pertulit in salutiferis suis passionibus, dicente beato Marco: *Erat hora tertia, et crucifixerunt eum* [4].

Curnam autem, dices, in illâ horâ crucifigebatur? Quoniam, ut antea diximus, in illâ horâ per optatum cibum captivus a diabolo ducebatur Protoplastes ad arboris mortiferum malignumque consilium. Eâdem itaque horâ Emmanuel in nostrâ naturâ pondus peccatorum nostrorum tollens proficiscebatur ad eumdem Calvariae locum, et exaltabatur in spectaculo, ut collapsum sublevaret. Clavibus suffiguntur pe-

fragmenta quaedam, a nobis paulo inferius exhibenda.

4 Marc. 15. 25.

կեաւրն վերացուացէ. բևեռեալ զտուն և զձեռան յաւ
ղագս յանդուգն գնացիցն ի ճատն, զի զձեռագիրք
յանցանացն խափանեսցէ, և զտարերց ապականու
թիւն, որ յայնժամ օձալամբ պատուին դղրդեաց, խա
ղաղացուացէ իւրով մանրդողական չարչարանօքն:

Ասէ Յովհաննէս ժամ վերերորդ ասէ. ոչ գժամ
խաչելոյնն, այլ գժամ ձաղանացն՝ որ ի հրէիցն. ասէ
ի խաչն յերերորդ ժամուն բարձրացաւ: Ազգն տա
րածեալ զԹևմն անշարժ դիտեր ընդ.հարաւ, յափրշ
տակելով զմեզ ի մնհուանէ ի կեանս. զոր յառաջ
տեսեալ մարգարէական ակամբ Յրանեցոյն Ոանիէլ
լն, յերերորդ ժամու աւուրն զպատուհան տանին իւրոյ
բանալով, ընդ արևելս ընդդէմ Յրուսաղէմի աղօ
թէր, վասն դարձի գերուացն, տեսանելով զմիածինն
Աղդին ՅՍ բազկատարած ի խաչին, որ յերերորդ ժա
մու աւուրն Ձշմարիտ աւարտումն դերելոցն արար:
Եւ ապա յետ այսր Յովսեղբնի, տեսանեալք յերերորդ
ժամու գչնորհս Հոգւոյն սրբոյ հեղեալ յաւետարեալսն,
գՀարուացեալն յԱդամայ ի բնութենէն՝ յաղագս
ոչ ի դէպ ժամու ձաշակմանն: Ա ասն այսր ամենայնի
առեալք յերերորդ ժամու գլորեալ գմարդն առաջին,
յորում ժամու գբժշկուն վիրացն և գաւարեգործու
թիւն ընկալաւ: Ասպա յիրաւի յայսմ ժամու աղօթից՝
աղաչեն զՅԾ առաքել զՀոգւոյն օգնականութիւնն, ա
ռաջնորդ լինել յերկիր բարւոյ, ուստի գրկեցաք մա
խանօք չարին. այս ե պատճառ երերորդ ժամու աղօ
թիցն:

Եւ ենէ պէտ խորհուրդ ունի վեցերորդ ժամու աղօթիցն
օրինաւորապէն:

Եւ արդ որովհետև բանս մեզ ձանապարհս գտօ
ծեաց, և որպէս ի վաստակաց ձորոց առաջնորդեաց
աստիճանօք ի վեր ելանել՝ ի բարձրագոյն յիմաստն,
ի ձիթաստանեաց յԾածայրն վարդապետուէ լեառն,
և զուշ և զմիտս ունգնացուցանել կարկատեալ՝ ի տա
ճար սրբուէ, ուր անմարմնոցն տօնքն, և անտրտում

des, ac manus ob arrogantem gressum ad arborem; ut praevaricationis chirographum deleret, atque elementorum corruptionem, quae tunc per porrectum a serpente fructum inoleverat, per sanctificam passionem suam expurgaret.

Sextam autem horam Johannes nequaquam dixit crucifixionis horam; sed horam derisionis a Judaeis. At in Crucem horâ tertiâ exaltatus est: accipiter extensis alis immotus expectabat ad Austrum, eripiens nos de morte ad vitam. Quod praevidens prophetico oculo beatus Daniel, tertiâ diei horâ aperiens domûs suae fenestram ad Ortum, Jerusalem versus, orabat pro captivitatis conversione, videns in Cruce extensis manibus Unigenitum Dei Filium, qui tertiâ diei horâ veram captivorum devastationem operatus est. Deinde post hunc jubilaeum [1] videmus horâ tertiâ super Apostolos effusam Spiritûs Sancti gratiam, remotam olim ab Adami naturâ ob intempestivam degustationem. Propter haec omnia dicimus primum hominem horâ tertiâ lapsum, qua horâ vulneris curationem, ac beneficium recepit. Jure igitur in hac orationis horâ Deus rogatur, ut mittat Spiritûs adjutorium ad deducendum nos in terram rectam, qua per Maligni invidiam sumus privati. Haec est ratio orationis horae Tertiae.

Quid mysterii habet Sextae horae oratio in meridie?

Quandoquidem vero sermo viam nobis aperuit, et quodammodo ex vallium speluncis nos conduxit, ut gradatim ad excelsiorem sententiam ascendamus in olivarum divinae doctrinae montem; ingenium ideo et intellectum auditûs porrigamus in templo Sanctitatis; ubi sunt incorporeorum festivitates, et laetitiae tristi-

1 Idest, *remissionem.*

ուրախութիւնքն և ձառագայթք անձառ լուսոյն, ու-
րամօր Աստուածակերը հրճուալից ուրախութիւնն. ուս-
տի ապաստամբութիւնք խրատուն խոստութեամբ՝ ի չքմեղ-
տութենեն, և միանգամայն՝ ի կենսաց փայտէն, և՝ ի
դրախտէն, և՝ ի պատուիրանէն՝ յօրինադրէն ունայ-
նամայր՝ ի վեցերորդ ժամուն. վասն որոյ զեօթանեւ-
նեկին եօթն ժառանգէր զտրտմութենին, և ընդ քա-
զում ցաւօք անկանէր տոյժս. կայր իբրեւ ջերմանն հի-
անդութիւն, և քաղէին ոգիք նորա, լուծեալ յօդք
ոսից և ձեռացն՝ ի բարեացն շարժմանէն: Կայր լե-
զուն անշարժ՝ ի խոստովանութենէ ապաշխարութենն:
Օ արօրինակ մեռեալ ոք անզգայ յամենայն շարժմանէ
ճէ, սոյն օրինակ և մարդն առաջինն, պարփակեալ՝ ի
մէջօրէի իբրեւ՝ ի մէջ գիշերի կայր՝ ի տարակուսի, և
քաղէին ոգիք նորա: Կ՚անգի՝ ի կարձմտութենէն
ըմբռնեալ, յանյուսութենէ՝ ի խորխորատ անկանէր.
սիրեր զմահ քան զյամդիմանութենէ ոչ լինել. և յի-
շատակ տերունական պատուիրանին և առ առաւել խո-
ցոտեր, և մահուն երկիւղն՝ որ սպառնացեալն էր,
եթէ մեռանիս, և ոչ գիտեր թէ զինչ գործիցէ:
Կ՚ասն որոյ փրկութեանն՝ միածինն Աստ՚ծոյ՝ ի վեցե-
րորդ ժամու՝ ի վեցերորդ աւուր՝ ի վեցերորդ դա-
րուն կայր՝ ի ջամս ցաւոյն, և տրտմութենէ զտրտմու-
թեն հալածեր, և ցաւովքն զցաւսն բառնայր. և հա-
մախմբելով ընդ փայտին անշնչապէս զառ՝ ի փայտէն
բառնայր զպատուհասն մեղացն Կ՚ադամայ. և միան-
գամայն կարեաք և կամք յանձն առնելոյն լուծանէր
զպատիժս պատուհասի նախնի մարդոյն: Կ՚ու ածա-
զան խնայարհութենէն իւրով պայծառութենէ առնէր իւ-
րոց արարածոց. և խաւարն առնելով՝ ի մէջօրէի, զոր
գրեալ էր՝ ի յաւետարանին, եթէ "Կ՚ի վեցերորդ
ժամէ անտի խաւար կալաւ՝ ի վերայ երկրի մինչև ցինն
ժամ աւուրն,,: Կ՚այս խաւար յանդիմաներ զկարծեալ
չարձանչ լուսաւորացն, որ՝ ի պարզամիտ արարածոյն
ածք յօրինէին. և զոյս ածգիտութենէն՝ ի սիրտ առեր
նայն մարդկան անկեալ՝ չանապատել զչշմարիտն ածէ, և
զոզորմածն որ բժշկեաց զախտս հոգւոց և մարմնոց:

tiam nescientes, radiique inenarrabilis lucis; ubi Adam habitabat cum gaudio jucundissimo, ubi per apostaticam suggestionem deflexit a veritate; atque simul ligno vitae, et paradiso, praeceptoque ac legislatore vacuus factus est horâ sextâ. Quare septuagies septies afficiebatur tristitiâ, et sub multorum cruciatuum poenis cadebat. Tamquam febris morbo laborabat, languebatque spiritus ejus, dissolutis pedum manuumque compagibus a bonorum motu. Immobilis ad poenitentiae confessionem erat lingua ejus. Sicut mortuus quidam sensu carens omnique motu, ita et primus homo in meridie tamquam in mediâ nocte redactus haesitabat, deficiebatque spiritus ejus. Quoniam ab impatientiâ captus, in desperationis foveam corruebat: mortem maluisset, quam Dei praesentiam; eumque dominici mandati recordatio magis magisque sauciabat, quemadmodum et comminatae mortis timor: *Morieris* [1]; atque nesciebat quid faceret. Pro cujus redemptione Unigenitus Patris sextâ horâ, sextâ die, sexto saeculo sustinebat dolorum agoniam, et tristitiam per tristitiam expellebat, ejusque dolores per dolores fugabat, et ligno cohaerens quoadusque spiritum redderet, provenientem ex ligno poenam peccati Adae auferebat. Quae unâ simul peramanter ac sponte sustinens, poenam damnationis prisci hominis solvebat, et per divinam humilitatem suam heroicam creaturas suas claritate donabat. Quum autem factae sint in meridie tenebrae in Evangelio scriptae: *A sextâ horâ tenebrae factae sunt super terram usque ad horam nonam* [2]; hae tenebrae arbitratum luminarium, quae a rudibus creaturis dii adstruebantur, splendorem redarguebant; et divinae intelligentiae lumen cordibus omnium hominum inserebant ad verum et misericordem Deum cognoscendum, qui animarum corporumque morbos sanavit. Quamobrem jure in hac Orationis horâ praecipit officii Praeconium, ut vigilemus atque praecaveamus meridianum taedii daemonem, qui omnium

1 Gen. 2. 17. 2 Matth. 27. 45.

Ալ ասն որոյ յիրաւի յայսմ ժամու աղօթիցս պատուիրէ արթուն լինել. և զգուշանալ ի ձանձրութենէ զիւրմէ ի մէջօրէին՝ որ զժնդակագոյն է քան զամենայն դէս, որ յոլով մեղկութիւն ի վերայ հասանէ և զգայնոյ զիտոս մեր յիւրմէ միտելով կասն, և անպիտան կորստեամն ուղևորս կացուցանէ: Ալ ասն այսոքիկ ի վերջորդ ժամուն կատարեցան աղօթքն, իբրև օգնականութիւնք մարդկայինն քնութիւնս ընդդէմ հաւատականացն զօրութիւնն, և յիշատակ մնօրինաբար բժշկութեանն չարչարանացն տեառն մերոյ Յիսուսի Քրիստոսի. այս է պատճառ վերջորդ ժամու աղօթիցն:

Յաղթեսցէ զինչ խորհուրդ ունի ննջեցեալ ժամս աղօթիցն:

Ո ՆՆԵՐՈՐԴ ժամուս զկատարեալ տեառնեանցն քարոզութեամբ, քան զայլսն ազատուեալ յատաքելական դաստուցն: Վասնզի Պետրոս՝ և Յովհաննէս եւանգէլին ի տաճարին յինանեցոյզ ժամու աղօթիցն, և ի նմին ժամու բժշկէին զկաղն որ նստեր առ դրան տաճարին: Այս արդ քանզի մեծ և խորհուրդ ածպաշտուածն որ ի Քրիստոս կատարեալ է, զի ընկալցի ձշմարտութիւնն տեղի ի հնոցն և ի ստուերականացն. զքահանայութեանցն, ասեմ, զպատարագացն և ի զոհանացն արեանցն կնդրկանեացն հեղմանցն, ի մնանել ազնուականագոյն յուսոյն՝ որ լով մերձեցուցանէ առ ածն, որով փարատեցաւ խաւարն անգիտութենէ ի կատարել ժամանակիս, որ առաջին մէջօրեայն եղև նահատ նախնի մարդոյն յանցանացն: Ալ երկրորդ Պետրոս յերկնից գոլով բարձր բարբառով ի վերայ խաչին աւանդեալ զոգին կիրնն ժամուն, արձակեաց զանիեզերս ի բանդէ, և ի տանէ կատարեալ զազգս մարդկան, որ նստեին ի խաւարի և ի ստուերս մահու: Այս ի նմին ժամու զլուսաւորեան ի խաւարէն փարատեր լոյս առնելով աշխարհի. և կինքն Ցնն ածն մերով քնութեամբ ի խաչին աղաղակեր, "Ա-

1 Act. 3. 1. 2 Luc. 1. 79.

daemoniorum est dirissimus: quippe qui multâ mollitie invadit, et furatur mentem nostram, eam ad suam detorquens voluntatem, eamque irreparabilis perditionis viatricem reddit. Propterea oratio statuta est horâ sextâ tamquam humanae nostrae naturae subsidium contra virtutem adversariam, atque dispensativae curationis commemoratio per passionem Domini nostri Jesu Christi. Haec orationis horae Sextae est ratio.

Quid orationis horae Nonae sit mysterium?

Nonae horae mysterium celsiori prae caeteris traditione ab apostolico caetu honoratum aspicimus; quia *Petrus, et Johannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam* [1], atque eâdem horâ curabant claudum ad portam templi sedentem. Magnum est itaque pietatis mysterium in Christo constitutum, ut ex veteribus, et umbratilibus locum recipiat veritas: de sacerdotio loquor, et de sacrificiis, variisque sanguinis animalium effusionibus, subintrante nobiliore spe, qua ad Deum accedimus: proindeque expulsae sunt ignorantiae tenebrae, completo tempore, in quo prima meridies per prisci hominis praevaricationem fuit subobscura. Secundus autem Adam, qui de caelo erat, elatâ voce in Cruce commendans spiritum suum horâ nonâ, solvit de carcere et de vinculorum domo universum orbem, genus videlicet humanum, quod *in tenebris, et in umbrâ mortis sedebat* [2]. Item eâdem horâ tenebris exuebat luminaria, juxta propheticam vocem, ad diei vesperas illuminans mundum: et ipse, Qui Est [3], Deus per naturam nostram clamabat dicens: *Eli Eli* [4]; idest, *Deus, Deus meus,*

3 Seu potius: Ens. 4 Matth. 27. 46.

լի եղիցի առեալ. այսինքն է, ասծ ասծ իմ նայեաւց առ
ես, ընդէր թողեր զիս ,,. և ելիկ " Հեռի եղեր ի
փրկութենէն իմմէ վասն բանից յանցանաց իմոց ,,։
Այս է որ ելիս ի խնդիրս ոչխարին զկորուսեալին ի հզ
տէն Իսրայէլ, ելիկ " Որ ես Աշակերտ ,, , և լուաւ զապաչ
խատ պատասխանին՝ զկնին բերելով պատճառաց ։
Ոմն որոյ բանից արտաքս ընկեցաւ ի կենաց առեղ
ծին ինքնակամ ընտրութեան. ուրանօր լուաւն ելիկ
" Հող կիր և ի հող դարձցիս ,, ։ Ոմնպէս և ի սմին
առեղծոջ լուաւ ի ձեռն աւազակին, ելիկ " Այսդ ես
եղիջիր այսօր ի դրախտին ,, ։

Այս եղև ի նմին ժամու ինններորդի արձակուե
ի մահուանէ ի կեանս, և մուտք կենաց ձանապարհ
հին ի ծառն կենաց ։ Որում ժամու ընդ երեկս
աւուրն արտաքս ընկեցաւ ի կենաց տեղւոյն, ի նմին
ժամու կանգնեցաւ ի գլորմանէ, ըստ մարգարէա
կան յառաջագոյն աւետաւոր գուշակութեցն, ելիկ
" Յաւուրն յայնմիկ ոչ եղիցի լոյս՝ այլ ցուրտ և պաղ,
եղիցի օր մի, և օրն այն յայտնի տեառն՝ ոչ տիւ թէկ և
ոչ գիշեր. և ընդ երեկսն եղիցի լոյս ի յիննեերորդ
ժամուն ,. զոր և յաջորդն յայտ առնէ յառաջս, ելիկ
" Յաւուր յայնմիկ բղխեսցէ ջուր կենդանի յԱյրու
սաղէմ ,, ի խաչելոյ մարմնոյն արիւն և ջուր. վիճն
խզրև զմարդոյ. և միւսն առաւել քան զմարդոյ ։
" Այս նորա ի ծոցն որ առաքին ,. ի հին ժողո
վուրդն որ ակն ունէին մխիթարուհին Իսրայէլի՝
օրինադիւրք և հայրապետքն, և մարգարէք ։ " Այ
կէս նորա ի ծոցն որ յետոյ ,. ի նոր ժողովուրդս որք
առաքելական քարոզութեամբ ժողովեցան ի մեզմէն
Թափառականէն, և լուսաւորեցան ջրովն կենդանաւէ
բղխեցելոյն Իսրայէլէ, և խաղացելոյն ի կեանս
յաւիտենից. և եղեն նոր ժողովուրդ և նոր եկե
ղեցի ։ Այս խորհրդով հալա

1 Psalm. 21.
2 Gen. 3. 9.
3 Ibid. vers. 19.
4 Luc. 23. 43.

respice in me, quare me dereliquisti [1]? Et: *Longe fuisti a salute mea propter verba delictorum meorum.* Iste est, qui venit ad quaerendam perditam de grege suo ovem, dicens: *Adam, ubi es* [2]? audivitque absurdam, qua mulierem in praetextum tulit, responsionem. Propter quod verbum suapte electione ejectus est de loco vitae; atque ubi audiverat: *Pulvis es, et in pulverem reverteris* [3]; similiter in eo quoque loco per Latronem audivit: *Hodie mecum eris in Paradiso* [4].

Atque eâdem horâ nonâ facta est de morte ad vitam solutio, et introitus viae vitae ad arborem vitae. Porro, qua horâ ad vesperam diei foras ejectus fuerat a vitae habitaculo, eâdem horâ erectus est a lapsu, juxta propheticum vaticinium hoc tenore annuntiatum [5]: *In die illâ non erit lux, sed frigus et gelu, et erit dies una, et dies illa nota est Domino, non dies neque nox, et in tempore vesperi erit lux* horâ nonâ. Quod et sequentia patefaciunt his verbis: *In die illâ exibit aqua viva de Jerusalem*; de crucifixâ carne sanguis et aqua; haec sicut hominis, ille plusquam hominis: *medium earum ad mare, quod anterius est*; ad populum veterem, qui expectabat consolationem Jerusalem, ut Legislatores, Patriarchae, Prophetae: *et medium earum ad mare, quod posterius est;* ad novum populum, qui per Apostolicam praedicationem congregati sunt ex peccati aberratione, ac per aquam vitae fluentem ex Jerusalem, et salientem in vitam aeternam illuminati fuerunt, atque novus populus novaque Ecclesia effecti sunt. Hujus mysterii commemoratio in omni horâ peragitur; haec enim est salutis nostrae perfectio, atque eâdem horâ impleta fuerunt omnia, quae in Lege, et Prophetis erant scripta. Sub istius mysterii symbolo expulsus fuit ex Arcâ nostrâ corvus mortem disseminans, atque olivae ramum accepimus a Colum-

5 Zach. cap. 14. vers. 6. et seq.

ճեղաւ՝ի մէջս տապանիկ ազգաւսն մնհայտեան. և ընկալաք զտաղարիճն ձիթհնուոյ աղաւնատեղիք ընդ երեկս աւուրն Յանիկն կինայց. որով կարգաւորաք յամենայն ժամ պաղատեալք մնոքք կալ առաջի նորա. և հանապազ յիշել զերախտիս մարդասիրուե նորա. և զկատարումն չարչարանացն զոր կատարեաց յայսմ ժամու վասն մերոյ փրկուեանե։ Այս է պատճառք ինհնեւորիդ ժամուս աղօթիցն։

bâ deportatum ad vesperam diei per Verbum vitae; unde mente fructiferâ stare possimus omni tempore in conspectu ejus, et jugiter benignitatis suae beneficium, ac voluntariam, quam propter nostram salutem in istâ horâ perfecit, passionem recolere. Haec orationis horae Nonae est ratio.

ՆՈՐԻՆ ՏԵՐՈՒՆ

ՅՈՎՀԱՆՆԻՍԻ

ԻՄԱՍՏԱՍԻՐԻ

ՀԱՅՑՈՑ ԿԱԹՈՂԻԿՈՍԻ

ՎԱՍՆ ՄԵԾԻ ԱՒՈՒՐ ՄՈՒԶԱՒԱԹԻՆ

Յետ այսորիկ զփառաւորագունիս այսորիկ և զկրաշալոյս աստացուք զիսորհուրդս՝ զաւուր միաշաբաթուս, որ զհանդերձեալ խոստացելոց բարութեանցն յիշէ նա ի միջի մերում և ծնանիլ զնմանէ առաքինին։ Ալ ասն զի յայսմ աւուր Քրիստոս յարութեամբ՝ ի մեռելոց՝ զմահ խափանեաց. և ընդ իւր յարութիւն յարոյց զսկզբանէ զմեռեալսն՝ որ յաշխարհի մինչև ի գալուստն երկրորդ. նոյնպէս և ի նմին աւուր խոստացաւ առնել զիւր զմիւսանգամ գալուստն. յարութեամբ աւուր և ուժգնդի հնչեցեալ լինի հրեշտակապետին բարբառքն, զոր մնդգարձն աւազակին անուանեն։ Ալ ասն զի յայսմ գիշերիս որ հանդերձեալ է լինել միաշաբաթի, եղև Քրիստոսի յարութեանողին մերոյ յարութեանն ժամանակ. վասն որոյ խոստացեալ է ի սմին գիշերի առնել համաշխարհական յարութիւն։

Եթէ կամիցի ոք ի քազմից գիտել, եթէ ի գիշերին յայսմիկ, յորում մասին կամ յորում պահու հանդերձեալ է լինել յարուն, այն ծածկեալ եղև ի մէնջ. քանզի ըստ աւետարանչացն պատմութեանն, և ոչ Քրիստոսին եղև բացայայտեալ յարութեանն ժամանակն։ Ընդ պատշաճ է ասելոյն քրիստոնէիցդ յերեկո-

EJUSDEM DOMINI

IOANNIS

PHILOSOPHI

DE MAGNA DIE

PRIMA-SABBATI

Post haec mysterium exponamus gloriosissimae hujus et stupendae diei Primae-Sabbati, quae sane futurorum bonorum promissorum veritatem inter nos commemorat ac parit. Siquidem in hac die Christus resurgens ex mortuis evacuavit mortem, et secum in spe suscitavit eos, qui ab initio erant mortui, ab Adam usque ad secundum adventum. Item quoque in illâ die pollicitus est, se iterum adventurum: qua die vehementer etiam personabit Angelica vox, quam Propheta *magnam tubam* appellat. Haec namque nox, quae ad Primam-Sabbati properat, fuit tempus resurrectionis Christi nostrum suscitatoris: idcirco universalem totius mundi resurrectionem in istâ nocte se facturum promisit.

Si quis autem ex multis scire voluerit, qua illius noctis horâ quove momento futura sit resurrectio; id nos latet. Etenim juxta Evangelistarum relationem neque resurrectionis Christi palam declaratur hora. Decet ergo cunctos Christianos a vespere Sabbati usque ad mane Primae-Sabbati vigiles hilaresque

րեայ շաբաթուն մինչև ցառաւօտս միաշաբաթուն՝ արթուն և զուարթուն լինել, և ամէն ունել հանդերձ ձեռաւ գալստեանն։ Օ այս և ետրն յաւետարանին հրամայէ ասելովն, եթէ "Արթուն լերուք, և աղաչեսջիք ամենայն աղօթս արարէք, զի ոչ գիտէք, եթէ յորժամ ժամու ետրն ձեր գայ. յերեկորեայ՝ եթէ 'ի հասանելոյ գիշերի, թէ 'ի հաւախօսի, թէ յառաւօտի ,, . և 'ի վերայ բերէ, թէ "Արթուն կացէք և անդադար աղօթս արարէք, զի մի մոռանիջիք 'ի փորձուի ,. և եթէ "Ազգի ազգի լինիցիք կալ առաջի որդւոյ մարդոյ ,,։

Օ յի որք հակմամբ և աղօթիւք զբոլոր զգիշերս զայս բաղձան անցուցանել՝ յերեկորեայ շաբաթուն մինչև ցառաւօտ միաշաբաթին, այսպիսիքն հրեշտակք եղեալ 'ի մարմնի՝ զամամարմին զուարճութեանց բերին զնմանուքեն։ Օ յի զորօրինակ քառասնօրեայ պահքն զտարոյ զմեղսն քաւեաց, նոյնպէս յայսմ յիսծային գիշերի զբոլոր շաբաթուն սխալանսն մոռքե, և զմեղսք զանապատուեալ զբնութենին հրեշտակս առնէ 'ի մարմնի, փոխադրելով յորդիս լուսոյ և յորդիս տունջեան։ Վանզի զմեզ հրեշտակաց նմանեցուցանէ տէր յաւետարանին ասելովն, եթէ "Ասեք նմանողք մարդկան, որ ամէն ունիցին տեառն իւրեանց, թէ երբ գայցէ 'ի հարսանեացն. զի յորժամ գայցէ և բախեսցէ՝ բացցեն նմա. և երանի՛ է ծառայիցն այն նոցիկ՝ զորս եհեալ տէրն իւրեանց գտանիցէ զգաթուն. ամէն ասեմ ձեզ՝ զի ածեալ բազմացուսցէ, և գօտի ածեալ պաշտեսցէ զնոսա ,,։

Օ յի զոր այլոցն բանիւն հրամայեաց, ինքեան զգիանքէ յանձին կալաւ կատարել՝ յորժամ եղեալ 'ի լեառն հանէր զգիշերն 'ի գլուխ յաղօթս այլ, առ 'ի մեր վարդապետութիւն զամն առնելով։ Ա՛ն թուի ինձ 'ի սմին միաշաբաթոջ զամն կատարել. քանզի յաղօթեցեալն ոչ ասաց թէ եղ ծունր, կամ երկրպագութիւն, որպէս 'ի մնառնութեան գիշերին գրեալ է, թէ սակաւիկ մի յառաջ մնռուցեալ յաշակերտ-

1 Marc. 13. 33. et 35.
2 Matth. 26. 41.
3 Luc. 21. 36.
4 Hominem scilicet.

perseverare, atque futurum adventum expectare. Id vel ipse Dominus in Evangelio jubet, dicens: *Vigilate, et orate; nescitis enim, quando Dominus vester veniat; sero, an mediâ nocte, an galli cantu, an mane* [1]. Atque subdit: *Vigilate, et orate, ut non intretis in tentationem* [2]; et: *Ut digni habeamini stare ante Filium hominis* [3].

Quoniam qui in vigiliis, et orationibus integram hanc noctem transigere cupiunt a vespere Sabbati usque ad mane Primae-Sabbati, hi Angeli in corpore effecti incorporeorum Vigilum praeseferunt similitudinem. Nam quamadmodum per quadraginta dierum jejunia expurgavit unusquisque totius anni peccata; similiter in hac divinâ nocte totius hebdomadae emundat errata, atque dehonoratam per peccata naturam [4] Angelum in corpore efficit, in filium lucis et in filium diei hominem transformando. Nos enim Angelis assimilat Dominus in Evangelio [5], dicens: *Vos similes hominibus, expectantibus Dominum suum, quando revertatur a nuptiis: ut quum venerit et pulsaverit, confestim aperiant ei.* Et: *Beati servi illi, quos quum venerit Dominus eorum, invenerit vigilantes: Amen dico vobis, quod praecinget se, et faciet illos discumbere, et transiens, ministrabit illis.*

Nam quae aliis verbo jussit, ipse voluit opere implere; quando ascendens in montem transigebat totam noctem *in oratione Dei*, ad nostram disciplinam id agens: et, ut mihi videtur, in ipsâ Primâ-Sabbati id peregit. Non enim dicitur, orantem genuflexisse, aut adorasse; sicut de proditionis nocte scriptum est, quod modicum anterius recedens a discipulis in monte olivarum genuflexit, et orabat. Et ibidem post o-

5 Luc. 12. 36. et seq.

տացն ՚ի ձիթենեաց լերինն, եդ ծուխր, կայր յաղօթս. և անդ յետ աղօթիցն, և գՀանգստեան ժամանակն հրամայէ, յաւետն՝ եթէ "Կեցէք այսու հետե և հանգերուք„։ Նոկ այժմ յաճախին գիշերիս ոչ գամանեմք այսպիսի ինչ ասացեալ, այլ եթէ "Նա նեղ գդիշերն ՚ի գլուխ յաղօթանս այլ „։

Նայց ես ոչ փոքր ինչ վարկանիմ, վկայութիւն առնուլ ասացելոցս ՚ի մէնջ. քանզի երեսաղեմացիքն տակաւին մինչև ցայսօր, զօր միաշաբաթին պայծառացուցանեն գիշերապաշտութիւն իբրև Յակովբայ հրամայելով նոցա, յառաջին իւրեանց պատրիարգէն. և ես խնդացս զնոյն հրամայեցի՝ նորին հրամանացն հետևիլ, և առաքելական կանոնացն հնազանդիլ ՚ի հաճոյութիւն կամացն այ։

Ista est paradisus a Deo plantatus, in quem nequeunt ingredi mala: ab illo namque [2] foras per serpentem ejecti sumus, et in hunc per Christum ingredimur. Quoniam autem viventium paradisus haudquaquam recipit mortuos peccatis; similiter et ex istâ Ecclesiâ foras ejiciuntur improbi et peccatores [3]. In illo paradiso arbor vitae, qui Protoplasto fuerat vetitus; hîc autem pro illo Crux lucis ab eodem plantatore erecta radicem misit, ejusque vivifico sanguine floruit; ex qua semper, qui in mundo sunt, fideles fructum vitae colligunt. Ibi fons ex Eden scaturiens irrigat venusti spatii viretum, indeque in quatuor progressus dividitur: hîc autem veritatis Verbum ceu fons ex Patre profluens [4] Evangelii diffluit gressus ad quatuor orbis extremitates, atque homines in vitam justitiae purgat per baptismum ac renovat.

In illo paradiso Adam formatus est imago Dei; hîc autem homo in Ecclesiâ per lavacri regenerationem fit filius Dei. Ibi lignum scientiae boni et mali: hîc verum bonum Deum novimus, atque eos, qui fraudulenter in servitutem nos redigunt, effugimus; quemadmodum et ipse Redemptor praecipit, dicens: *Quum exaltaveritis Filium Hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum* [5]. Ibi arbores frondibus vestitae, floribusque exornatae: hîc Apostolorum et Prophetarum chori cum luculentâ sapientiâ, et floridâ virtute Trinitatis edocent Fidem per venustorum florum disci-

profluens ex Patre: quem tamen locum ignorantes quidam minime intelligentes volunt legere *ex Patre et Filio*, quasi de Spiritûs sancti processione sermo haberetur.

5 Johan. 8. 28.

վարդապետութիւն: Ոչնա սերոբէից պարսիկք հրեշ-
ջէին սուրն. և զսա Յոզէին սուրբ պարտնակ նշանաւ
սերունականին խաչէն: Յայնմ դրախտի պատուիրանին
առաւս զործոյ և պահպանութիւն. վնասն և սատ պա-
տուէր առաքն առաքելոցն Յոզսէի, և ամենեսեան
պահել:

Յառաջինին Ադամայ շինեցաւ ի կողէին կնին, և
տուաւ նմա յօգնականութիւն. իսկ յերկրորդին Ադա-
մայ կողէին, յորմէ եւ արիւն և ջուր, շինեցաւ եկե-
ղեցի: Ոչ ոք և առաքեալ հաստատեաւ՝ ասելով. "Կոր-
հուրդս այս մեծ է, բայց ես ասեմ ի Քրիստ և ի եկե-
ղեցի":

Կորհրդածին եկեղեցին և հոյեան տապանին. զի
որպէս յերկիս որոշմունս հրամայեցաւ կազմած տա-
պանին՝ ներքնատուն և միջնատուն և վերնաձեղուն.
նոյնպէս և եկեղեցի երկիս ունի յարկաց պատուա-
ռութիւս, զարտաքինն դասիթ, և զսուրճարն, և զսբր-
բութիւն խորանն: Կնդ բազմահոյլ կենդանիքն մտեալ
տապրեցան ի ջրհեղեղին պատուհասէ: Կն ասա բազ-
մութիւք հաւատացելոց ի հնչհեղձոյց մեղացն ծո-
վէ վերապրեցուղ առաքինութիւք սո. երկիրս Քրիստոս
տապրեցան ի սատհանատոյզ հեղձմանէ: Յայնմ առաքե-
նէ ազգակերալքն կենդանիքն, նովիմբ վարեցան լոսս բըր-
նութեն ախտաժիտ, որպէս և մինին. իսկ ասոնի գազանա-
բարոյքն ազգակերալք զգօնացան յեսնասս հոգեւոր
արդիւնք ձայ: Կնդսի ազգակերալ գազանսն՝ այլ ոչ ևս
յաւեր դառնալ. և ասա ազգակերաց Կն զանազանելն
ասասանալ յեկեղեցւոյ խոտմէ, և ի լոյս էած զսեռ-
գերալեն մեղաց: Կնչ ազգասն ընկղմեցաւ ի ջուր
անդր. և ասասանալ ընկղմեալ ի հոգիս մեղաւորաց
բանէ, որ ի տղմին հոսանսան կենացս ընտալին:
Կն դասն ի կողմանէ ստոյ առաքեալք և մնդրա-
բեք, ընդ որ փոխանակ աղաստոյ շղաբեր հրեշտակին՝
Յոզէին ազ մեռանելոյ ոչ ասկաս ի տապանին հանէ,
այլ զտոյն տիեզերս յերկրէ յերկինս հանէ: Կն ցա-
մաքել ջրոյն՝ մեռոյց Կոյ պատարագ Կքսուծոյ. և
ի ցամաքել մեղացն ի մէնչ լինելիք տեղան Կքսու-

plinam. Illum igneus Seraphim gladius circumcludit; istum dominicae Crucis signo circumscribit Spiritus sanctus. In illo paradiso praeceptum operandi ac custodiendi datum fuit; idem hîc quoque mandatum accepimus, ut Spiritûs legem adipiscamur, eamque infallibiliter observemus.

Ex primi Adami costâ aedificata est mulier, eique data fuit in adjutorium: ex secundi autem Adae latere, unde exiit sanguis et aqua, aedificata est Ecclesia; quod et Apostolus confert, dicens: *Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo et in Ecclesiâ* [1].

Mystice consideratur Ecclesia et per arcam Noë: sicut enim trium sectionum praecepta fuerat Arcae constructio, deorsum, coenacula, et tristega; similiter et Ecclesia triplicem habet tectorum distributionem, externum videlicet atrium, templum, et Sanctitatis tabernaculum. Illuc multorum, quae ingressa erant, animantium agmina a diluvii suppliciis servata sunt: hîc autem fidelium populi per virtutem ad superna perducentem ex suffocante peccatorum mari in caelum advolantes erepti sunt a submergentium cataractarum suffocatione. Dimissa ex illâ arcâ animantia iisdem usa sunt pro uniuscujusvis naturâ affectionibus, sicut quum intraverant: hîc autem dimissi, qui ferini moris fuerant, ad sententias spiritualis adoptionis Dei resipuerunt. Corvus inde dimissus non amplius reversus est: et hîc nigrescentem Satanam dimisit Christus ab Ecclesiâ suâ, et eos qui pro peccatis nigrescebant, ad lucem reduxit. Corvus ille immersus est in ipsis aquis, et Satanas immersus nidificat in animabus peccatorum qui in luto labentis vitae volutantur. Ostium autem ex latere hujus *(sunt)* Apostoli, et Prophetae, per quod pro columbâ frondiferâ nuntiâ Spiritus sanctus ingrediens, haud paucos ex Arcâ educit, sed universum orbem de terrâ pertrahit ad caelum. Arescente aquâ,

1 Ephes. 6. 32.

ծայ, և ի տուրք մտաց պատասխանդ ընդունելի մատուցանեմք ՚ի քեզ։

Ա՚ն սա և աշտարակ խմնասէր։ Ա՚ռանձին այն ամբաստանէ ՚ի հպարտից և յամպարտաւանից շինեցուս, վասն որոյ և վաղվաղակի կործանեցաւ. որոց և ՚ի բաժանել լեզուացն՝ չար համաձայնութիւնն խափանեցաւ։ Ա՚կն աստ զգրուեալսն յաշտարակէն զազգս ՚ի հոգեւոր համաձայնութենէն ետաճ տէր մեր, և չինեցաց ՚ի մարմին իւր աշտարակ հզօր հաստատեղոյս վիմօք զկաթողիկէ ՚ն ՚ի վերայ առաքելադաւանս հաստատոյ անսասանելի հաստատութեբ. զոր ոչ հողմք սաստանայ ակունք, և ոչ անձրեւք յորդախաղաց ուղղիւք բղխեալք կարացին փլուցանել. այլ և բարձրացեալ խորհուրդ սորա զերազոյն երկինսդոյն ամբարձաւ կամարի։ Ա՚յն աշտարակ՚ի տիտանեանն Ա՚ղեայ չինեցաւ և սա բարձրացեալ խորհրդով յիւծն Ա՚նէ։ Ա՚յն աշտարակ զմի լեզուն ՚ի բազում բաժանեաց, և զբազմութենէն յաւիտենից քակեաց ՚ի միմեանց. և այս աշտարակ զքակեալսն և զանջատեալսն ած ՚ի մի, համաշունչ և միախորհուրդս զամենեսեան առնելով ՚ի մի յոյս կոչմանն Ա՚ստի։ Ձայնմամ աշտարակին յօրհնանսաուն և երկիւղ լեզուս զազգս հնահայրենացն բաժանեաց. իսկ յայս աշտարակ ետճանաուսուն և երկիւղ առաքելական հաւաքեցին զհամրակաւն սիրելսն, և ծնունդեամբ սրբոյ աւազանին արարչին որդիս լուսոյ և տուրնկեան։

Ձամենքեսեանցն այս սրբազարդին խորհուրդ և ընդ խորանին Ա՚բրասամու, յորում տաղաւարուեաց ած երփնոյ հրեշտակքն. վասն զի ՚ի սմա քնաւին խորհրդական Ա՚յտնութիւն. որպէս ասաց մեծդաւիթն։ "Ա՚յս է հանգիստ իմ յաւիտեան, զի հաճեցայ ընդ սա,"։ Ա՚ընդ յաւուրս զհամայնիսեան ուրախութենէն երկնելոցդ ՚ի միջի հեսայ խորանին ընդունել զտէրն և զաստուածն ամենից. և սասա կատարելապէս միացաւ ընդ մեռանելոցդ երկնելոցդ. քան այսմ, ըմբ "Ա՚ստուածդ ՚ի նոսա, և քնա-

1 Psal. 131. 14.

obtulit Noë sacrificium Deo; et arescentibus peccatis in nobis, efficimur altare Dei, et ex mundâ mente acceptabilem hostiam Deo offerimus.

Est ista turris quoque intelligibilis. Nam turris illa a superbis, et arrogantibus condita est, ideoque confestim corruit; quorum etiam improba concordia per linguarum divisionem evacuata est. Hîc autem dispersas de turri gentes in spiritualem concordiam adduxit Dominus noster, atque in corpus suum aedificavit solidis lapidibus turrim fortem, Catholicam sanctam super Apostolicae professionis fidem firmitate inconcussâ; quam nec diabolici venti, neque validae redundantium torrentum pluviae evertere potuerunt. Immo excelsum istius mysterium est caelesti arco valde excelsius. Turris illa a Titaneo Belo extructa est; ista vero sublimiori mysterio a Verbo Divino. Turris illa unam linguam in plurimas divisit, et pessimam concordiam in aeternum dissolvit: turris ista destructos sejunctosque adduxit in unum, unanimes et consentientes cunctos reddens in unâ spe vocationis Christi. In illâ turri in septuaginta duas linguas familiae Patriarcharum sunt divisae: in hac vero turri Septuaginta duo Apostoli universum terrarum orbem collexerunt, et per sancti lavacri regenerationem eos fecerunt lucis, et diei filios.

Hujusce Sanctuarii mysterium conformatur quoque tabernaculo Abrahae, in quo cum duobus Angelis commoratus est Deus: in isto enim mystica Trinitas inhabitat; quemadmodum per Prophetam dixit: *In hoc habitabo, quia complacui in eo* [1]. Ibi ante universalem Ecclesiae laetitiam in pelliceo tabernaculo exceptus fuit universorum Dominus ac Creator: et hîc perfecte cum Ecclesiae pueris copulatus est, juxta illud: *Ambulabo inter eos, et habitabo in illis* [2],

2 Corinth. 6. 16.

կերցայց ի նոսա»,, և այլն։ Յայնմ խորանի զպատգամս
կան զաւանին խոստացաւ ած Աբրահամու. և ասա
նոյն ինքն ՝Ընդ զաւանին օրհնութիւն պարգեւս մեծա-
մեծս բազխակ հաւատոց արդարոցն Աբրահամու։ Ընդ
նահապետին միածնասէն իւրով պատարագաւ յաւա-
ղեաց գրաւեաց զնա ած ի պարտս սիրով իւրով. ընդ
որում ետ՝այլն երկնաւոր զմիածինն իւր պատարագ
կենդանի զգաւնն անարատ՝ որ երեսաւք զմերոց աշ-
խարհի, սիրով միացուցեալ զամենեսեան ընդ ինք-
եան։

Խորհրդածի սա և լեառն սիոնական. յորում
փոխանակ փրատացն միգապատ և հրատեսիլ երե-
մնեցն, և պակուցանող Հայելիցն փողոց և որոտմանց
ի լսելիս ժողովրդոցն, նոյն ինքն անապարագրելի
Խանին Քրիստոս փրկչական Հառագայթս ածուածեն
ամպով մարմնոյն Թաղուցեալ՝ կենսատուր աւետարան
նիւն փողով զսիրելեցս հրաւիրեաց յորդիգրուն Հօր։
Ընդ երեսին Աովսեի լուսաւորեցաւ, յոր ոչ կարէին
հայել որդիքն Իսրայէլի. իսկ ասա քաղցր երեսօք
զփառս ետն իւրոց ընդ հայելի տեսեալք՝ ածասեռս
ամենեքեան վերադրիւք։ Ընդ պատգամն ածագիծք
ի տախտակս քարեղէնս տաւեալ երեք նոցա ի ձեռն
Աովսեի. և ասա աւետարանին փրկուածք ինքնախա-
տուածք Աղդս ասի՝ լուսաւորէ զամենայն մարդ գա-
կեալս յաշխարհ։

Ի նպատակ օրինակի այսր քաւարանի կազմեցաւ
հրամանաւ ած խորանն վկայութեան ի Խաբեղնեղէ, և
կանգնեցաւ ի Աովսեա. և յետոյ տաճարն հրա-
շագան ի Աողոմոնէ. մին զփոփոխելի կարգ օրինա-
ւորացն նշանակէր, և միւսն զհաստատուն խորհուրդ
այսր արգասաւորի զերծուցանէր։ Ասկայն ի նոսա մեղ-
ացոյ մեզքսուածիք կատարէին առաջնոյ լուսոյմամբք
և պատարագօք։ Իսկ ասա հոգևոր արդասիք և մե-
ղսուածի մկրտութեամբն աւազանին, և խորհրդական
Հաշակմամբ տէրունական մարմնոյն։ Ընդ որիւն
անամոյց արակեալ ի վերայ ժողովրդեան. և ասա
արիւնն տէրունական հեղուս ի փրկութիւն աշխարհի։

et caetera. In illo tabernaculo Deus repromissionis semen Abrahae promisit; hîc autem ipse benedictionis semen Christus dona magna filiis fidei Abrahae distribuit. Ibi magnus Patriarcha per unigeniti sui sacrificium Deum charitate suâ praeoccupavit ad debitum; juxta quod Pater caelestis dedit Unigenitum suum sacrificium vivum, Agnum immaculatum, qui tollit peccata mundi, cunctos sibi in charitate conjungens.

Mystice est ista mons quoque Sina, ubi pro nebulosae igneaeque apparitionis gloriâ, et pro formidabili tubarum ac tonitruum sonitu, quem populus audivit, ipsummet incircumscriptum Patris Verbum fulgidos Divinitatis radios sub carnis nube occultans, per vivifici Evangelii tubam in adoptionem Patris orbem terrarum invitavit. Ibi illuminata fuit Moysis facies, in quam respicere non poterant filii Israël: hîc autem revelatâ facie gloriam Dei, tamquam per speculum videntes, omnes Deum aspicientes fimus. Ibidem oracula divinitus in lapideis tabulis delineata illis per Moysen data sunt: hîc vero salutis Evangelium per ipsiusmet Filii Dei locutionem *illuminat omnem hominem venientem in mundum* [1].

Ad commonstrandum exemplum hujusce propitiatorii, Deo praecipiente, aedificatum fuit a Beseleel tabernaculum testimonii atque a Moyse erectum; deinde admirabile templum a Salomone: quorum unum mutabilem legalium ordinem designabat, aliud autem firmam hujus sanctuarii profunditatem indicabat. Verum in illis corporis purificationes peragebantur per quotidianas lotiones sacrificiaque: hîc autem spiritualis sanctificatio, et purificatio *(fit)* per lavacri baptismum, et per mysticam dominici corporis degustationem. Ibi animalium sanguis super populum aspersus; hîc dominicus sanguis funditur in

1 Johan. 1. 9.

Հաստատիմն զառն զքահն վերակալ, և ի սմա զառն հոգևորականն վասն կենացս աշխարհի պատարագեալ։

Այնժ մանանայ յերկնից սաւեալ նոցա ի կերա-
կուր, և առատ հաց կենաց Այն ի խնկալ յերկինք՝ կեանս առեալ աշխարհի։ Այնժ ջուր ի վիմէն բղխեալ յատ-
կութեան ծարաւեացս. և առատ ջուր կենդանատարած ի կոզիցն Այնի ի ջնջելութիւն հատաւորացելոց։ Ա՛ն նոսա թլփատութիւն սրտիւ, ի մերկանալ զմնդամն մարմնոյ թլփատուքեն Այնի։ Այնժ պատարագք և զոհք յանապատի. և առատ անձինք մեղրեալք սուրբք և հաճոյք Ա՛ն։ Ա՛ն նոսա աւազան ջուրց առ ի մարմնոյ լուացումն. և առատ աւազան հոգևոր ջրոյ ի մաքրութիւն հոգւոյ և մարմնոյ։ Այնժ յոտ քահանայապետին պատարագեալ կաղին արդեամբ կանն, և առատ խաչն լուսոյ պատարագեցաց ընդ Այն։ Այնժ առնիսակ դատաստանին Հշմարտութիւն և յայտնութիւն. և առատ աւետարանին քարոզեալ արդեամբ։

Այնժ պահնապետ զգեցուալ ունէր քահանայապետն առ ստորոտովն զանգակս, և խոյր ի վերոյ գլխոյ, և վակաս չորեքկարգեան ակամբքն՝ խառնեալ ոսկւով շղթայաձևիւք ընդ միմեանս։ Ա՛ռ յերկեղեցի հնչմանեկերով ըստ Այնի՝ զգեցեալ մեզ հաստատով՝ սիրով և արդութիւն։ Ա՛ռ զանգակքն. զպայծառ քարոզութիւնն որ ի մեզ ծաւալութեամբ բացայայտէ. և խոյրն գՀնոմն որ ի մեզ ծաւալութեամբ բացայայտէ. և խոյրն գՀնոմն հոգևոյն գերկուցանէ։ Վանդն զայգինսուրն զգեցուալ Հնհարութիւն, զմարմնանալ Բանին նշանակեր, զոր թեքնիւթեամբ քնութեամբ զառաքեալ շքեղաշուք արդասիքն։ Ա՛ասպատակաւն գերկինսուրն եղոյզ առա քինեան։ և կարմրագոյն մանուածոյ զամառակաւն առ թևանն կցորդութեամբ, որով հատաւորեաց մեզ արեան և մարմնոյ։ Ա՛ր բեհեզագոյն սպիտակաւ զգեցուածովն ընդ քնութիւն մեր խաչնուաեալ. և ծիրանեայն զծածկիւռ խորհուրդս նշանաւելի սնօրինութեան։ Ա՛ր չորեքկողմանեայ ակունքն երկաստանեան՝ ի լանջն քահանայապետին՝ երկաստանեան առաքելոցն հաստատակին. զի սիրտ և կամք երկոցունց Այնի, և ի չորս առաջն քաջ ժամանցին զաւետարանին ի չորեքծագեան տիեզերս։

salutem mundi. In priscis illis sensibilis agnus immolatus; in hac agnus spiritualis pro mundi vitâ sacrificatus.

Ibi manna de caelo pluit illis in cibum; hîc autem panis vitae Christus de caelo descendens vitam praestat mundo. Ibi aqua de petrâ scaturiens in potum sitientium; hîc aqua vivificans de Christi latere in fidelium fruitionem. In illis circumcisio corporis; hîc circumcisio cordis ad denudanda per Christi circumcisionem corporis membra. Ibi sacrificia, et animalium hostiae; hîc animae mundae, sanctae, et Deo gratae. In illis piscina aquarum ad corporis ablutionem; hîc autem spiritualis aquae lavacrum in purificationem animae, et corporis. Ibi Pontificis virga nucem regiam fructificans: hîc autem Crux lucis fructificavit Christum. Ibi rationale veritatis, et revelationis; hîc vero praedicatum regni Evangelium.

Ibi Pontifex talari veste indutus cum tintinnabulis ad oram, et tiarâ in capite, et humerali gemmis quadruplici ordine cum auro ad catenae formam intertextis. In Ecclesiâ vero designat nos Christum induisse per fidem et charitatem et sanctitatem. Tintinnabula ostendunt clarae inter nos praedicationis propagationem; tiara demum significat Spiritûs gratiam. Quod enim Aaron talarem tunicam indueret, id Verbi significabat Incarnationem per venustam gloriosamque justitiam adornantis naturam nostram quatuor constantem elementis. Per caeruleum, caelestem indicavit virtutem, et per coccineum bis tinctum, incorrupti sanguinis participationem, qua nobiscum communicavit sanguini, et corpori: per byssum autem candidum, Divinitatis cum naturâ nostrâ admixtionem: et per purpureum, absconditum ineffabilis humilitatis mysterium. Duodecim porro quatuor ordinum gemmae in pectore Pontificis Duodecim Apostolos praefigurant; quoniam Christi cor, et voluntas fuere, et in quatuor profluvia diviserunt Evangelium per quatuor orbis extremitates.

Ա՛ստ ոյժ՝ այսոցիկ բնութեանցիկ բարեաց ազ-
դիւք խոտհրդածին տուրգ երկեղեցի. և մեզ ոչ միայն
այժմուս, այլ և՛ ի հանդերձեալսն յաւիտեան լինել-
լոց է տեղի ապաւինուել, ակնկալութեամբ՝ և՛ կանխու-
քեանէ լինելոցիցն արարածոց յանսկիզբն արարողէն,
որ նա ինքն է սկիզբն և կատարած հաստատութեան
երկեղեցւոյ, և առ միանգամս միաւորութեամբ օրինակացն
և չշնորհութեան ըստ պատուհասաւորութեան:

Այս այժմ իրաւացի է առնուլ փոխանորդութիւն, և
համարձակութիւն զսա հանդերձելոցն խնդրուածի խոր-
հրդով. քանզի որպէս օրինակքն առաջինք աւուր-
ացն յայս չշնորհութիւնս հաստատեան, նոյնպէս և սա
չհանդերձելոյն ունի նկատուածն: Այս նախ այս՝ զի
զիր շինուածոյ ոսկւոյ հանդիպ է արևելից. վասն զի
յարևելից սկիզբն լուսոյ գալստեանն երկնաւորին
աղաչի և փրկչի. և զարձեալ զիմ յանգիմանն է
սա զդրախտին որ յարևելս՝ որպէս բնակիչս նմա զար-
գիմն իւր մուտացանելով, զոր խաչակցութեամբ Քրիստ
աւազակին բարեբասոյն խոստից ինն զտացելոյն սրոյն
անցս, և ընդ հակառակս աստաղինն անհամհարկան
անկոցն. իսկ լուսատուցոյցն յարևելս զնուա խնդրուածի
լուսոյն յաշխարհիս և ծագումն ըստ արդարականին
զարդարութեան նշանակէ: Իսկ՝ ի կողմունէ՝ զնուացն խոր-
հրդածինքն՝ ի խոնարհ ձևացուցանէ, և զի կողմնա
կիքն մեր՝ որ ինն ախտից և ահիկացք, լուսաւորք
ինն առաքինութեանք: Այս որ յարևմուտսն է, հակառակ
զկոյսն՝ որ յարևելից մտանել սկսանէ յարևմուտս: Այս
ձևն զի քառակողմանեն է՝ հրաւիրակ է հոգւոյ սանկիւսոյ
տիեզերացս՝ ինչ ոչ ընծայեր զերկրպագութիւնն:

Իսկ ապշտարարն ժամանակ՝ նախ՝ զի փրկարարու-
քիւն ոչ է լուսոյն հրաւիրակ. և զարձեալ զհանշա-
հակաս փոպոյն հնչելն նշանակէ, զոյն՝ որ զարթու-

1 Subintelligitur *vitae*.
2 Ad Verb. *transitus Iuvis*.
3 Subintelligitur *fenestra*.

Quapropter horum innumerabilium bonorum fons consideratur sancta Ecclesia; atque nobis non solum in praesenti, verum et in futuro saeculo futura est asyli locus, incipiens ex principio existentiae creaturarum a Creatore principii nescio; quippe ipse est principium, et finis firmitatis Ecclesiae, atque exemplorum veritatisque ad invicem unionis, juxta congruam analogiam.

Nunc porro aequum est eam sumere allegorice, eamque per intellectuale mysterium futurae [1] configurare: sicut enim praecedentia exempla ad istius veritatis intelligentiam completa sunt, ita ista quoque ad futura refertur. Imprimis itaque situs aedificationis istius respicit ad Orientem; quia caelestis regis ac sponsi adventum ex Oriente expectamus. Ista praeterea est contra Paradisum, qui est in Oriente, tamquam illius incolas instruens filios suos, qui per participationem crucis Christi, ad boni latronis exemplum dissecturi sunt flammei gladii aditum, et sub immortalium plantarum umbrâ requiescunt. Porro fenestra [2] ex parte Orientis significat ingressum intelligibilis luminis in mundum, justorumque solis instar splendorem: ad latus autem [3] designat humilem quodammodo mentis contemplationem; ea enim, quae nobis ad dexteram et ad sinistram manent, lucida sunt per virtutem: quae autem ad Occasum est *(fenestra)*, intuetur lumen, quod ab ortu usque ad occasum ingreditur. Forma autem quadrangularis invitat quatuor orbis angulos, ut per unam vocationis spem uno Spiritu in Christo copulati uni Deo adorationem exhibeant.

Instrumentum [4] vero, quod pulsatur ut ad Officium populus advocetur, imprimis invitat ad glorificandum universorum Deum: item et Angelicae tu-

4 Crepitaculum scilicet, vel Campana.

ցանէ ՚ի մահահանգիստ քնոյն զանիւզիրս, և ընդ առաջ գալստեան երկնաւորին հրաւիրէ թաղաւորել։

Յառ վարդապետին անիջոցիւրեան զառաջինն երկնից ցուցանէ որոշումն, ուր միայնակ Հրեշտակութիւնս սահ ընակիլ յերկինս երկնից. և այն ևս՝ անիջանելոց որ ընդ մեզ մեր և անմարմնին Հոգեբերն կայ։

Յե առաձարն ժողովեցող հաւատացելոց՝ գՀաւատարուքեն մեր ընդ հրեշտակս վերուցանէ, յորժամ կասքե ամենազքեան առաջին բերին Քրիստ։ Յե արուսքոյրն երկնեցուին ժողովեցող է յանցաւորաց, ոլք կան արտաքոյ, տեսանելն և լսելն զպատիս արժանաւորացն։

Յառ զապաւերացն լուսմունք՝ զլուսաւոր վարս և զողորմածութիւնս խմաստնոցն կուսանացն բացայայտէ. նաև զերկինից լուսաւորացն բերել նմանութիւնս՝ զարեգակն և զլուսին և զաստեղաց։ Յե հանապազորդ վառուցն լուսոյն՝ գՀոգեառոյս պայծառութեն արդասրոցն ցուցանէ առ ՚ի յայլ։

Յառ սեղանին արբանեցն գնիաւնականութեն ոգ Հրեշտակութեին խորհրդածէ. և ծածկեալ զգիտակութեն պատճառսն՝ զծածկեալ խորհուրդ ՚ծածութեին տայ իմանալ։ Յե պատկն պատրաստիդեալ զզուշականն պատիս Հրեշտակութեն ՚ի մի բերեալ վիճաստարութեն լուսոյ օրհնութեն արբոց սերտելէիցն. վասն զի ՚ի մարդ ՚ծնանելն ||[1]ոչ յայտնեցաւ խորհուրդ Հրեշտակութեն։ Յե նուիրմանցքեն արծաթիւք՝ յատակ և մաքուր բանին է հաւատոյ, զոր նուիրեալք ՚ի տալոս պաշտաման ուղիղ դաւանմամբ ՚այ. լսատ այնմ, թէ "Հանիք ՚ձեր ընտիր և փորձք են„։ Յառ խորհրդանոցքեն յայնմէ և յայնկէ ցուցանեն զպատարագաւորութեն տպատուց հաւատոյ՝ անպակաս ունել զառաքեալ ողորմութեն առաջքաշող։ Յե պատարագիչն մնան անպակաս ՚ծանել ՚ի խորանին, այլ և՝ ոչ լինել դաւառիկ ՚ի հաշտարար

1 Haec et in Oxniensis nostri fragmentis fere iisdem verbis reperiuntur, ut videre est pag. 239. quod magis magisque suadet, Johannem nostrum esse istius quoque Sermonis Auctorem.

bae sonitum designat excitans orbem a somno requiei mortis, atque in occursum adventûs caelestis regis convocans [1].

Veli autem divisio demonstrat primi caeli sejunctionem, ubi sola Trinitas dicitur habitare in caelis caelorum; atque spatium illud, quod nos inter incorporeasque substantias extat.

Templum praeterea congregatorum populorum nostram denotat cum Angelis communicationem, quum stabimus omnes ante tribunal Christi. Externum autem Ecclesiae spatium locus est collectionis delinquentium, qui foras stantes aspiciunt et audiunt illorum, qui digni sunt, honorem.

Lampadum porro accensio luculentam vitam, et prudentum virginum pietatem declarat; ac caelestium Luminarium solis, et lunae, ac stellarum similitudinem praesefert. Quotidie vero eadem ardent, ut ostendatur perennis, qui ex Deo est, justorum fulgor.

Porro Sanctitatis Altare mystice designat sanctissimae Trinitatis consubstantialitatem; operitur autem illud decenti apparatu, ut absconditum Divinitatis arcanum intelligatur. Corona vero circumornata *(ostendit)* coaequalem Trinitatis honorem in unam redactum glorificationem, juxta sanctorum Seraphim benedictionem: siquidem per Filii incarnationem revelatum est Trinitatis mysterium. Argentea autem oblatoria [2] sunt nitida ac munda fidei verba, quae per rectam professionem Deo offerimus in officii ministerio, juxta effatum: *Eloquia Domini electa, et probata sunt* [3]. Sacraria [4] vero ad dexteram, et ad sinistram, ostendunt paramentorum Ecclesiae osservationem indeficienter habere eleemosynae largitionem erga pauperes. Atque Sacrificii partis sine intermis-

2 Seu instrumenta illa, super quae oblationes offeruntur.

3 Psal. 11. 7.

4 Seu loca, ubi sacra asservantur.

մարգմանեցին Ոսկի՝ երկրագործացան. զի մի ասիցի ոմն, «Պատ
հասարացի կերտակուր ի տանէ այլ ձերոյ»։

Նոքա աշխատասիրն՝ խոցէր լուսոյ, և ի վերոյ հոգոյ
գումարդ վասնորալ ընծայութիւնն հօրինադրիչի ընդհանուր։
Եւ խնկամատոյն զընծայական բերել խորհուրդ։ Օ՜ի
պատկեր նա լի ի հոտով անուշութիւն, նոյնպէս և կիրակն
առաքեալ լի եր Ոգւով սրբով և զօրութիւն բարձրելոյն։
Նոքա քահանայն ջհրեշտակապետին յուշանիկ աւետա
բանութիւն առ Զաքարիա եղև. և երեք ամսեառնալիքն, զի
վերապարծրակալ եղև նա աւետարոք խորհրդական անու
շահոտ գիտութիւնն այլ Հոգւոյդ սրբութիւնն։ և ի մի կոստա
բանին համարանն ակերութիւնն։ Նոքա քահանայն խնկոցն
հաշտարարութիւնք, ըստ այնմ զոր ի Գնոսեան Զ՚Հարոն
նոսէրա մատուցանելոք այլ, զոր այժմ հաշտութիւնք իւ
րով արարածքն առատ Ա՚ստ. զոր մատուցէ այլ Օր ի Հոգ
անուշից. և զարձեալ զանուշահոտութիւնն ընդհանս Ա՚ս
գանն սրբոյ առ միով Զամանակէ, որպէս յատարքեալն
ի առաքեալ Զհիսանակոստէից, և նոքօք լինի ամենայն ան
երեսս. վասն այնորիկ նախ ի բանին ծխելն, զի նախ
ի Ա՚օրէ երևանէ Ա՚ոգին առաքեալ, և առաքս զայ յատա
նեցն, և առաքս յայլսն. ըստ այնմ, Ըե «Ղրպէս խունկ
ար խնկանէ ի գլուխ և ի մորուսն Զհարոնի»։

Նոքա աւազանին հատատատարալ՝ մայրն և որպէզքութիւնք
հոգևոր ծննդոց, որ ի ջրոյ և ի Ա՚ոգւոյ վերստինն
ծնանալ՝ լինին որդիք այլ. և արեւանն Զհոգ հաղոր
դիալք՝ ժառանգակից եղիցին, և քաւականան
Ա՚ոգւոյ նորա սրբոյ։

Նոքա զի նախ ի խորհրդատնոցն համագումարանն զնոսա
հաւատքն, վասն զի նախ ի ծածուկ երկիւղ առ միով Զհ՚Ա,
և յորժամայնի կուսին հանգիստ. և առաքս յայտնա-

1 Ad temporalem processionem id spectat: sin autem de aeternâ accipere velis, accipe eo modo, quo S. August. dixit, *principaliter* ex Patre procedit: nam etsi ex Filioque procedat, Pater tamen est processionum fons, atque origo.

2 Seu ad digniorem ex clero.

sione permansio in tabernaculo, demonstrat, Ecclesiam nequaquam carere propitio Corpore Christi; ne forte dicatur illud: *Defecit cibus de domo Dei vestri.*

Candelabrum autem, Crux lucis, et super eam ardens globus *(est)* Divinitas, septiformi gratiâ. Thuris vero phiala Deiparae praesefert mysterium: sicut enim illa plena est odore suavitatis, ita et sancta Virgo plena erat Spiritu sancto, et virtute Altissimi. Thuribulum autem commonstrat Archangeli annuntiationem ad Virginem sanctam: atque tres catenulae *(habentur)* ad illud elevandum, quia per annuntiationem elevata est ista ad mysticam ac suaviolentem sanctae Trinitatis cognitionem, atque ad unam consubstantialis Dominii perfectionem. Olfactus vero thuris reconciliationis *(est)* juxta illud, quod olim Aaron hostiam Deo offerebat; quam modo reconciliationem peregit Christus in suo sanguine oblato Deo Patri in odorem suavitatis. Item suaviolentem erga nos Spiritûs sancti gratiam significat; sicut super Apostolis in sanctâ Pentecoste, et per illos super universam terram. Idcirco prius ad Sacellum thus adolet *(Celebrans)*, quia primum ex Patre provenit Spiritus sanctus [1]; deinde venit ad Praepositum [2], postea ad caeteros, juxta effatum illud: *Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam Aaron* [3].

Firmatum autem Baptisterium est mater adoptionis eorum, qui spiritualiter nascuntur, qui regenerati ex aquâ et Spiritu, filii Dei efficiuntur, atque Christi sanguini communicantes illius cohaeredes fiunt, ac Spiritûs sancti habitaculum.

Prius in Offertorii loco [4] ponunt mysterium [5]; quia prius occulte venit ad nos Christus, et in utero Virginis requievit; et deinde palam super Crucis altare

3 Psal. 132. 2.

4 Iste Offertorii locus respondet quodammodo Latinorum Abaco, super quam in Missâ solemni calix et caetera pro sacrificio parantur.

5 Sive mystici Sacramenti materiam.

պէս՝ ի սեղան խաչին երեք բերեալ։ Եւս՝ ի հան-
դերձելոցն երևմնին՝ յայտնապէս ցուցանելի երկնա-
ւորաց և երկրաւորաց։

Եւ քշոցային հաւատոյն զօրինակ ունի սրբոց սերով
բէրիցն, զոր Յովհէր եցոյց, "Հազարք հազարաց սպա-
սէին ինա„։ Իսկ նստեալ քահանայապետին յաթոռ
բեմին՝ զնաւեղն յաթոռս փառաց ահաւոր բեմին երկ-
նաւորն քահանայապետի նշանակէ՝ ի միւսանգամ
գալստեանն։ Եւ սեղանոյն բացումն՝ զյայտնապէս
երևումն ածումէն ամենայն սրբարածոց բացաքա-
րոզէ, յորժամ ցուցանէ զինքն արժանաւորաց ի-
րոց։ ըստ այնմ, թէ "Ցհասանելոց ինձ զինա՝ որպէս և
էն„։ Եւ համբուրելն զսեղանին՝ զնածարելոցն տայ զսուտ
բացոյց, որք վստահութիւն հաւատոց և սրբութեանն
հաղորդին նման։

Իսկ ժամնակարգութիւնն որ ի սմա, ոչ վայրապար,
այլ մեծ իմաստութիւն և ծածկեալ խորհրդով. որպէս
յաւուր միաշաբաթոյն նախ մեռելոցն զկենդենցին.
վասն զի յառաջ սրբեցաւ աշխարհս, և ապա ի սրբ
բեալսն բաշխեցաւ ինձ, ըստ իւրում բանին՝ լուցա-
նել ձրագ, և տանին աւել ածել։

Իսկ մնոանելով մեր ի սմա խաչանիշ հնչելով զդէմն
երկրպագութիւն յարևելս՝ Ի՝ խածինն սկսանելով, զմե-
բանսեղն տապաւորէ խաչազգեստիցն ի հանդիսացն
ներ յօդս ցնծութիւն երկրպագել՝ զմիածինն ածընդ
ամենս երկինից հնչմամբ խաչիւն եկեալ տեառնեղով։

Եւ ապա երգս առեալ երկդասիւքն համախմբեալ
ընդ վերինսն, զՏէր թագաւորութեաց, վայելչութիւնս
զգեցեալ. զառլորից հնչմանեղով զվերինոց և վեռելք-
նոց թագաւորն ածն եկեալ տեառնեղով, վայելչա-
պէս զգեցեալ զփառս հայրենիս. թագաւորեալ և
ազգ ընդ նմա։

Յետ որոյ համբարձմանդ աւետարանին զեղապատ

1 Haec flabella quae communiter argentea sunt, vel aurea, super hastam elevata a Diaconis leviter agitantur; indeque campanulae circumquaque dispositae, sonitum tamquam volucrium alas a-

fuit perductus. In futura quoque revelatione palam se ipsum coelestibus ac terrestribus ostendet.

Flabellorum [1] vero motio typum praesefert sanctorum Seraphim, de quibus Daniel dicit: *Millia millium ministrabant ei* [2]. Pontificis sessio in throno Sacelli sessionem significat caelestis Pontificis super gloriae thronum horrendi tribunalis in secundo suo adventu; quum autem Altare reseratur, manifesta Divinitatis revelatio universis creaturis aperte praedicatur, quando seipsum dignis se ostendet, juxta illud: *Videbimus eum, sicuti est* [3]. Altaris Osculatio indicat Deo adhaerentes, qui illo per fidei confidentiam, et per sanctitatem communicant.

Officii [4] autem horae non sunt in hac inconsulto statutae, sed magnâ sapientiâ, et abscondito mysterio. Item in die Primâ sabbati prius emundatur Ecclesia; quoniam antea purificatus est mundus, et deinde inter sanctificatos distributus fuit Christus, juxta sui ipsius effatum: *Accendit lucernam, et everrit domum*.

Porro intrantibus nobis hîc, vultum cruce signamus, adorantes ad Orientem, atque *Unigenitum* [5] incipimus, ad exprimendam Cruce signatorum elevationem in occursum Domini in aëra, atque laetificam adorationem, quum videbimus Unigenitum Deum in nubibus caeli venientem cum Signo Crucis.

Deinde assumptis canticis uterque chorus unâ simul cum supernis, dicit: *Dominus regnavit, decorem indutus est*, ad significandum, eos quodammodo vidisse omnium superiorum et inferiorum Regem Deum venientem paternâ gloriâ decenter indutum, cum eo Sanctis etiam, qui cum ipso sunt, conregnantibus.

Deinde, elevato Evangelio, pulcherrime laetamur

gitantium, proferant. De flabello Graecorum videatur eruditissimus Goar.

2 Dan. 7. 10.

3 1. Johan. 3. 2.

4 Seu Liturgiae.

5 Introitum Missae.

բեալ օրհնութիւնք երից սրբասացութիւնք խաչելցարին, յորոյ վերայ զայծորդին տեսանելիք հոգւոյ ակամբ՝ յաշտառ նստեալ բարձու, և ի բնութենէ երկրպագեալ զեալ զաստուց, պատկեալ զխաչելեալն վասն ինքեանս:

Այս զկնի քարոզին համաշխարհական կոչմամբ զգուշմարեալսն տպաւորել յաշխարհաժողով առեանն բազում տիեզերաց: Այլ և սաղմոսք և ընթերցուածք մարգարէականք զդաստատանն, որ ըստ գրոց, բացայայտ. ըստ այնմ, թէ "Դնեն ընդս գաստատան ըստ գրոց ,,. և դարձեալ՝ զի ի հանդերձելումն նախ մարգարէքն և առաքեալքն վկայեն քարոզուէն, և ապա թագաւորն վճիռ հատանէ: Ուստ ալէլուիա քահանայ ձայնիւ զհրեշտակացն քաղցրաբանութեն օրհնաբանութիւն նշանէ: Ուստ մերձ առնելին աւետարանին՝ կենսաբեր ձայնիւ՝ ընծայութիւնք, զորդիգրութեանն առքերելով պարգեւս հրաւիրէ: Յետ որոյ խոստովանութիւն հաւատոյ յամենայն լեզուաց յանուն սուրբ Երրորդի վկայէ և այդ ըստ և ըստգոյն սրբոյ: Այս ապա քարոզք և քահանայական աղօթք՝ կոչէ ըզհրաւիրեալսն և զկոչեալսն. և ի սմին՝ սրբասացութիւն:

Այս յետ աղօթիցն ի վերայ ամենայնի՝ վայելումն և սրբութիւն անմահական բաժակին, և կենաց հացին, զանոգ սուրախութիւն նշանակէ թագաւորելոցն ի լոյս, յորժամ նոր արբցէ զնս ընդ մեզ յարքայութեանն հօրն, յայտնելով և վարդապետելով իւրոց աշակերտացն զանձառելի խորհուրդն, յանկ երեալ բանին՝ թէ "Ընդ իս կերիջիք և արբջիք ի սեղանի իմ յարքայութեանն իմում,,: Ի յարքիկ հանդերձելոց բանացն ցոյցք յեկեղեցւոջ:

Այլ պարտ է գիտել, թէ ընդէր զեկեղեցի՝ որ յանշուշտ քարանց և ի փայտից շինեալ է, և զժողովս հաւատացելոց՝ միապէս կոչէ եկեղեցի: Ընդ որպէս զդրախտն կրկին իմանալով, նոյնպէս և զեկեղեցի կրկին իմացաւք. զի եկեղեցի յերբայեցւոցն

1 Evangelium nempe.
2 Haec quoque alibi dixerat Johannes noster iisdem fere verbis. Vid. pag. 233.

per trisagiam Crucifixi benedictionem: super quod [1] Filium Dei vidimus mentis oculo in sede excelsâ sedentem, atque a millibus centenis millium adoratum [2]; item illos etiam, qui propter ipsum crucifixi fuerint, coronatos *(aspicimus)*.

Deinde Praeco [3] convocans universum orbem, praefigurat totius orbis terrarum coetus ad universale tribunal congregatos. Item Psalmi, et Lectiones propheticae patefaciunt judicium, quod secundum scripturas *(faciendum est)*; juxta illud: *Facere eis judicium secundum scripturas.* Praeterea quia in futuro *(judicio)* prius Prophetae et Apostoli de praedicatione testificantur, et postea Rex sententiam profert. Porro *Alleluja* sonorâ voce decantatum dulcisonam Angelorum doxologiam designat. Mox autem Evangelium, in quo vivificâ voce Dei locutio *(continetur)*, per invitationem confert adoptionis dona. Post istud Fidei professio, ex omni linguâ in nomine Domini nostri Jesu Christi, et Dei Patris, et Spiritûs sancti. Deinde praeconia, et sacerdotales orationes vocant invitatos, et vocatos: atque interim hagiologia [4].

Post preces autem super omnia, fruitio, et potatio immortalis calicis, et panis vitae significat supernum gaudium eorum, qui in luce regnant; quum [5] bibet illum nobiscum novum in regno Patris, revelans docensque discipulos suos inenarrabile mysterium, impleto eo sermone: *Mecum manducetis, et bibatis de mensâ meâ in regno meo*. Haec sunt in Ecclesiâ futurorum bonorum indicia.

Caeterum scire oportet, curnam Ecclesia, quae ex inanimatis lapidibus lignisque aedificata est, nuncupetur Ecclesia non secus ac fidelium congregatio. Itaque sicut Paradisum dupliciter intelligimus, sic et Ecclesiam dupliciter consideramus. Nam Ecclesia

3 Diaconus scilicet Praeconium decantans; ut alibi diximus.

4 Seu Canticum benedictionis.

5 Subintelligitur *Christus*.

առ մեզ ժողով [1]արդմանն, լսատ նմին անուան կոչի և ժողովարանին, զի ի չինեալ նա ատուգասիչս տուն այ՝ յաղաչս պատարագելոյ ի նմա Աղոթից այ, նոյն պէս և մարդս տաճար ի այ լսատ Պաւղոսի, յաղագս արգելեալ աւազանին և մկրտելոցն վարուց։ Օ՜ի որ պէս յայս անշուշտ տաճարիս՝ որ ի քարանց և ի փայտից, զամենակարող անուանն այ կարգասիք ի վերայ, և օծանելիք յանուանն այ, և տուն այ անուանեալք, զի ատուգասիչս այ ի նմա քնակէ. նոյնպէս և հաւատացեալք որ յանուն Տ՜ր մկրտին, և օծանին իւղով, և յանուն Աիտի այ կոչին քրիստոնեայք, որ պէս ասէ Աւգաբեան։ "Աչ զորս եղ այ ի ժողովեցօղ", և այլն։ Աչ զոր զգալի եկեղեցի անուանի՝ առնէ ինքեանք զհացն և զգինին՝ ի ձեռն քահանային մարմին և արիւն Աիտի, զնոյն և մարդս եղեալ եկեղեցի՝ ընդունի ձաշակմամբ։

Օ՜ի երէկ խորանն և տաճարն լսատ օրինակին փառաւորեցաւ, քանի՞ առաւել որ Ձշմարտութիւն ե օրինակին՝ փառացն այ քնակարան հաւատով իմացեալ լինի։ Ալ այն որոյ չորից սահմանց կառուցումն՝ զչորից առաքինութեց որ ի մէջ՝ ցուցանէ. և կամարացն միաւորումն զսիրոյն շաղկապակից զառաքինութիւնն զատուցումն։ Ի՞ակ երկոտասան քարանցն հիմնացեալց՝ զերկոտասան անգամոց նշանակէ բանսկանաց. և շարայարուն մեծ ծաւալ քարանցն և փոքունց՝ զարմանց հաւատացելոց՝ միանգամայն և զկանանց՝ բարեպաշտութիւնք միաց ցեալոց. զի ի Աիտ ՁՅա չիք խտիր՝ ոչ արանց և ոչ կանանց։ Ի՞ակ կապակցութիւն խճիցն և այլոց նիւթոց՝ զհաւատացելոց ունի զնշանակ, որ միաւորին զամենեսեան ի մի յոյս կոչմանն Աիտի։

Ի՞ակ գմբեթաձեւ խորանարդ բարձրացեալ ի ծայր գաղափարին ունելով զնշանակ հաւատոյ խաչին ծիւթանագործեալ ածայիւ արուեստիւն ցուցանէ. որով զմեզ

1 Ex hebraeo Gr. dicta est ἐκκλησία.

ex Hebraeo apud nos *Congregatio* interpretatur [1]: eodem nomine vocatur et locus Congregationis. Et quemadmodum illa veraciter aedificata est Domus Dei, propterea quod in ea Filius Dei sacrificatur; similiter et homo est templum Dei, juxta Paulum, propter lavacri sanctificationem vitaeque puritatem. Et sicut super hoc inanimato templo ex lapidibus lignisque confecto omnipotens Dei nomen invocamus, illudque linimus in nomine Dei, atque Domum Dei appellamus; reapse enim Deus habitat in eo; item et fideles in nomine Patris baptizantur, et unguntur oleo, et in nomine Christi Dei nominantur Christiani; sicut dicit Apostolus: *Quosdam quidem posuit Deus in Ecclesiâ* etc, . Quod autem ea, quae sensibilis Ecclesia vocatur, reddit per se panem, et vinum per manum Sacerdotis corpus et sanguinem Christi, idem ipsum homo quoque Ecclesia factus suscipit per communionem.

Si enim tabernaculum, et templum in typo glorificata sunt, quanto magis intelligendum erit de gloriae Dei habitaculo per fidem [2], quod est ipsa typi veritas? Propterea quatuor columnae erectae sunt quatuor virtutum, quae in nobis *(esse debent)*, indicia: atque fornicum unio in unum copulat virtutis charitatis distinctionem. Duodecim autem lapidum fundatio designat duodecim rationalium membra; conjunctio vero magnorum lapidum ac parvorum, viros fideles, simul et faeminas, per pietatem unitos: nam in Christo Jesu nulla habetur discrepantia non virorum, non mulierum. Lapillorum autem colligatio caeterarumque materiarum, fidelium symbolum praefert, quatenus omnes copulantur in unâ spe vocationis Christi.

Forma vero cupolae adinstar tabernaculi exaltata, in summitate verticis habens florens Crucis Signum, se se ostendit purpureo tinctam, divini sanguinis co-

2 De homine scilicet per fidem reddito gloriae Dei habitaculo.

կուշտ իւր լուսազարդարեալ խաչազգեաւս յօտլարկէ՝ ի վերկինն Հրաւառելիսն, ցնծալ եւ պարել՝ ի խորանին լուսոյ, միշտ գուսարձանալ, եւ վայրկեալ յանմահական ձաշակացն։

Ա՜յս է խորհուրդ երկերեցւոյ, եւ այսքան՝ ի սմա ասելոյն նշանացն խաղաղասիրն։ Արդարև "Ի խօսեացի զգօրութիւնս տեառն„ եւ այլն, որ այսքան ձիրս պարգեւեաց սրբոց մարդկան։ Իսկ սրբ. ինչ հատուցանիցէ տրիւ տուր տեառն այլ մեզոյ, այլ միայն երկիւղ պատգամել նմա հոգւով եւ ճշմարտութեամբ, ասելով ընդ Դաւթեայ՝ թե "Ընտրեաց ապ՝ ի վերոյ անպատուհասս պարգեւաց նորա„։ Իսկ այսպիսի տեղեկացեալ՝ ի Տոգւոյն սրբոյ զօրակոչուելն խորհրդոյ շինուածոյ տարա, եւ զսրբազան՝ ի սմա յօրինեալ կարգս, ընդ հրեշտակացն տօնելով վհատակատիս տարա՝ երկնաւոր առաքինութիւնք՝ ի սմա կրօնաւորութեան, փառաւորելով զՅայր եւ զՎՀոդի եւ զԱրդին յաւիտեանս. ամէն։

1 ի տնտեսատձառն, զինչ ձայն նիկա՝ "զրօնաւորեացուք ի սմա„, յառին եւ այս բանք։ "Եւ որպէս ի գրասիրին ձեր մերկ եւ մեզուրս ի սեզանի ծածկութենէ՝ երկիւղած առաքինին ձեր մեզրութիւն զԱՀ զգեղցեալ. ի փայտն կենաց սերգեալ՝ զանմահականն ձաշակելով զպատուղ. զանմահ փեսային զգաստ եւ պիսատկութիւն ի սմա ընկ կալեալ, եւ փառաւորեացուք ընդ հայր եւ զորդի եւ զՔեզ հոգին յաւիտեանս. ամէն„։ Զայսպիսիկ չեզուք ի կարգին՝ խնթալով, զի մի՛ ըստ սովորութեան հատուածոյ գրանց տնտեսատձառաց՝ գրիչք յիշատակաց ասացեալ իցեն զայլ եւ այլ բանս, որպէս եւ առաջք առեալ կարձեալ։

lore : quo pueros suos luce exornatos cruceque indutos ad supernam Jerusalem dirigit, ut exultent, choreasque ducant in tabernaculo lucis, semperque immortali degustatione delectentur et oblectentur .

Hoc est Ecclesiae mysterium, tantaque in eâ divinorum signorum processio. Profecto *quis loquetur potentias Domini* ? et caetera; qui filios homiuum tot gratiis donavit. Quam ergo retribuamus remunerationem Domino Deo nostro? nisi illum dumtaxat adoremus *in Spiritu, et veritate* [1], dicentes cum Apostolo: *Gratias Deo super inenarrabilibus donis suis* . Sicque, a Spiritu Sancto edocti tantum aedificii hujus mysterium, ac sacratissimos, qui in eo constituti sunt, ordines, cum Angelis Dedicationem ejusdem celebrantes, caelesti virtute in isto religiose [2] conversemur glorificando *(Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum in saecula saeculorum. Amen)*.

1 Johan. 4. 25.

2 Hoc loci alius codex haec addit: «Et sicut in paradiso nudi, et immunes a peccati operimentis, per sancti lavacri munditiam simus Christo induti; ad lignum vitae accedamus, immortalem gustantes fructum: immortalis sponsi adventum ac desponsationem in hac assequamur, et glorificemus Patrem, et Filium, et sanctum Spiritum in saecula. Amen»

ՅՈՒՑԱԿ ԳՈՐԾՈՑ

ՅՈՎՀԱՆՆԵՍԻ ԻՄԱՍՏԱՍԻՐԻ

Ա. ՑԵՆԱԲԱՆՈՒԹԻՒՆ ձողովածոյ . . . . էջ. 8.
Ա. առաջի նորին ձողովոյ . է . . . . . „ 56.
Ա. ասա ընդդէմ պատկիչեանց . . . . . „ 78.
Ա. ընդդէմ երեսուներկուականաց . . . . . „ 108.
Ա. Յաղագս կարգաց եկեղեցւոյ . . . . . „ 180.
- - - Ա. առաջի՝ վասն պաշտամանց գիշերոյ . „ 182.
- - - Ա. աւետարան . . . . . „ 190.
- - - Ա. ընտանգալի . . . . . „ 204.
- - - Ա. ասն պաշտամանց երգոցդ, վերջերոյդ, և
ընծաերոյդ ձամռա. . . . . „ 208.
Ա. ի ՀԷՅ աւուրս ճաշակելոյ (ձկնակերէ) . . . . „ 224.
Ա. պատուական նոյն գործոյ . ԻԲ գիշերային ձամռա . „ 236.
- - - Ա. ի երեքշաբթի ձամռա . . . . . „ 240.
Յիշատակարան ձանուանագրոց . . . . . „ 250.
Ա. ասա երկու յեկեղեցի՝ անվերնագիր . . . . . „ 255.
- - - ՌԻ. ի հինաւրէն եկեղեցւոյ . . . . „ 256.
և յօրհնութիւն նորաշէն տաճարի . . . 264.
- - - Ի. ի նաւակատիս եկեղեցւոյ . . . „ 280.

ELENCHUS OPERUM

JOHANNIS PHILOSOPHI

ORATIO *Synodalis* . . . . . Pag. 9.
Canones ejusdem Synodi . . . . . » 57.
Sermo contra Paulicianos . . . . . » 79.
Contra Phantasticos . . . . . » 109.
De Officiis Ecclesiae . . . . . » 181.
- - - *Nocturno* . . . . . » 183.
- - - *Matutino* . . . . . » 191.
- - - *Ortûs Solis* . . . . . » 205.
- - - *Meridie, hora III. VI. IX.* . . . » 209.
De magna die Prima-Sabbati, Dominica . . . » 225.
Fragmenta de hora nocturna . . . . . » 237.
- - - *De hora vespertina* . . . . . » 241.
Memoriale de libro Canonum . . . . . » 251.
Sermones de Ecclesia, sine titulo . . . . . » 255.
- - *I. De Fundamento Eccl. jaciendo* . . » 257.
Cum benedictione novae Eccl. . . . » 265.
- - *II. Panegyricus in Dedicatione Eccl.* » 281.

VERBA

ANIMADVERSIONE AUT CORRECTIONE

DIGNA

pag.	*lin.*	
13	18	ad juventum . *lege* . ad juventam
	22	facere . . . . . fieri
15	30	raectoribus . . . . . rectoribus
16	10	ասա՛ծոյս խոստ . . . . ասա՛ծոյս խոստ
18	34 35	և զիմդրուածիցն ... հաստեան զիմդրուածիցն ... հաստեանգա- գաւթայն է . . . . . ւթայնցն է
19	7	ibi per suum . . . . ibi sui
	16	in hac vita . . . . . viventi, (*aut*) ut vivens .... transeat
25	6	baptizaturi . . . . . baptizandi
30	21	գՏնխաագաւգելի . . . . գՏնխաագաւտելի
39	18	praetiosissimi . . . . pretiosissimi
45	6	septiformam . . . . . septiformem
51	4	musicarum amantes etc.. *melius diceretur*: animas, quae ...., tamquam per instrumenta citharoedos fieri Spiritus etc.
65	33	Psalmum II . . . . . Psalmum III.
67	*adnot.* 3	Post Nersetem Magnum duo alii Nersetes fuerunt, unus anno 524, alius ann. 640. Forsitan vel de uno vel de alio istorum loquitur Ozniensis.
71	12	*Sancus* . . . . . *Sanctus*
73	24	flexilia: Arm. Ձոձանակս, quae vox verti etiam poterat *flabella*.
74	13	'ի և մարմնաւկան . . . և 'ի մարմնաւկան
80	6	անբռնաճնան . . . . անբռնանան
85	5	Saturnum: alludit Ozniensis ad Arm. ethymologiam vocis կռոնոս, quae vox ex Graeco Χρόνος (*tempus*) Armeniace potest intelligi ex voce կռիւ (*praelium*), ob vocis similitudinem, quasi կռիւ italice diceretur *guerra*.
	23	Heroes facti; ad verb. *Heroes nominati*, seu *deorum prosapia*.
87	23	*in cujus manum* . . . *in cujus manu*
88	*adnot.* 1	saec. IV . . . . . saec. VI. *vel* VII.
95	16	incomprehensibilis. . . *ad verb.* invisibilis *eodem sensu, ac si diceretur* incomprehensibilis.

116	34	ՀԱՒԱՏԱԽՈՒԹԻՒՆ . . .	հայր ընծայիչ, հաւատոյ, որ և հաստատուածն է, և հայր խնդի, միաոյ գթութեան, եղեալ յաստուածնորէն, որ ոչ ապականի զմարդկայինն հոգին քոյ, շնոյ հաւատացելոյ զընծայիցն:
125	16	Animam, Corpus, et mentem. Sic a S. Gregorio Illuminatore tradita fuit Nicenae fidei professio, quibusdam additis declarationibus, ut quodlibet dubium a gente suâ arceret, omnesque sui temporis haereticos profligaret.	
137	24	Hinc sequetur etc . . .	*potest quoque verti:* Haec sequitur, etc. tuncque adnot. num. 3. omnino est abrodenda.
145	29	quemque.	vel aliud
149	18	Quasve ex hisce. . . .	Quosve ex nostris (*Patribus*) ....?
177	1	benedicebat.	benedicebant
	10	eus.	eos
256	*in adnot.*	seq. v.	Saec. v.
269	*in adnot.*	ea nostrâ carne. . . .	ex nostrâ carne
281	*in adnot.*	jungitur	subjungitur
303	32	osservationem	asservationem
305	20	Apostolis.	Apostolos
	in adnot.	super quam.	super quem
307	*in adnot.*	proferant.	proferunt